 publicae consulendum, officii rationem in omni vita, non commodi
 esse ducendam, adeunda pro patria pericula, volnera excipienda,
 mortem oppetendam, vaticinari atque insanire dicebat. ex his 24
 adsidiis eius cotidianisque sermonibus et quod videbam qui-
 buscum hominibus in interiore parte aedium viveret et quod ita
 domus ipsa fumabat, ut multa eius sermonis indicia redolerent,
 statuebam sic, honi nihil ab illis nugis esse expectandum, mali
 quidem certe nihil pertimescendum: sed ita est, iudices: ut, si gla-
 dium parvo puero aut si imbecillo seni aut debili dederis, ipse im-
 petu suo nemini noceat, sin ad nudum vel fortissimi viri corpus
 accesserit, possit acie ipsa et ferri viribus vulnerare, sic cum homi-
 nibus enervatis atque exsanguibus consulatus tamquam gladius
 esset datus, qui per se pungere neminem unquam potuissent, ei
 summi imperii nomine armati totam rem publicam contruci-
 daverunt. foedus fecerunt cum tribuno plebis palam, ut ab eo
 provincias acciperent quas ipsi vellent; exercitum et pecuniam
 quantam vellent ea lege, si ipsi prius tribuno plebis addictam et
 constrictam rem publicam tradidissent; id autem foedus meo san-
 guine tantum sanciri posse dicebant. qua re patefacta — neque enim 25

ergänzen ist) verachtete, darüber
 siehe in Pis. 68 u. 69. *partibus*,
 das in den Handschriften fehlt,
 aber nach corporis leicht ausfal-
 len konnte, ist hier ganz an sei-
 ner Stelle, da die Totalität des
 Leibes und der Seele bezeichnet
 werden soll. *aiebat*. Mit bewus-
 ter Absicht ist am Ende des Sen
 noch einmal dicebat gesetzt. *om-*
nia sua causa facere, ad Trebat.
 epp. fam. 7, 12: indicavit mihi
 Pansa meus, Epicureum te esse
 factum. sed quoniam modo ius
 civile defendes, cum omnia tua
 causa facias non civium.

24. *in — aedium* = in interiori-
 bus aedibus, ebenso in prima
 parte aedium. *redolerent*, singu-
 lār anstatt redoleret mit indicia
 als Object. *sed ita est*, § 115: sit
 hoc sane leve, quod non ita est;

de or. 3, 35: quod non est ita. pro
 Rosc. Am. 126: non ita est pro-
 fecto. *ipse*, auf puero und seni zu
 beziehn, 'durch eigene Kraft'.
 Der Gegensatz zum Folgenden ist
 durch den vorangeschobenen Satz
 si — dederis und das neu eintre-
 tende Moment sin — accesserit
 einigermaßen verdunkelt. Man
 hätte erwartet ut si puer aut
 senex ipse nemini noceat, sin
 gladium acceperit, possit u. s. w.
pungere, pro Mil. 65: vulnus in
 latere, quod acu punctum vide-
 retur. *summi imperii*, § 17 summi
 honoris atque imperii; 25: a con-
 sulibus atque a summo imperio.
id — posse. tantum ist nothwen-
 dig anstatt des handschriftlichen
 ictum, da nicht von der Möglich-
 keit das Bündniss durch das Blut
 des Cicero zu weihen die Rede ist,

dissimulari tantum scelus poterat nec latere. — promulgantur uno eodemque tempore rogationes ab eodem tribuno de mea pernicie
 11 et de provinciis consulum nominatim. hic tum senatus sollicitus, vos, equites Romani, excitati, Italia cuncta permota, omnes denique omnium generum atque ordinum cives summae rei publicae a consulibus atque a summo imperio petendum esse auxilium arbitrabantur, cum illi soli essent praeter furiosum illum tribunum duo rei publicae turbines, qui non modo praecipitanti patriae non subvenirent, sed eam nimium tarde concidere maerent. flagitabatur ab eis cotidie cum querellis bonorum omnium tum etiam precibus senatus, ut meam causam susciperent, agerent aliquid, denique ad
 26 senatum referrent: non modo negando, sed etiam inridendo amplissimum quemque illius ordinis insequerentur. hic subito cum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cunctaque Italia convenisset, vestem mutandam omnes meque tanta omnium rerum perturbatione privato consilio, quoniam publicis ducibus res publica careret, defendendum putarunt. erat eodem tempore senatus in aede Concordiae, quod ipsum templum repraesentabat memoriam consulatus mei, cum flens universus ordo cincinnatum consulem

sondern von der Unmöglichkeit jeder anderen Weihe, ausserdem aber ictum unnöthig erscheint, da das Bündniss schon vorher als geschlossen bezeichnet wurde; vergl. übrigens in Pis. 28: foedus quod meo sanguine iceras, frangere noluisti.

25. *promulgantur*, die beiden Gesetze werden später auch zu gleicher Zeit beantragt.

11. *summae reipublicae*, 1 Cat. 14; pro Sulla, 67. *arbitrabantur, cum — essent*. Man beachte die verschiedene Gestalt der Satzverbindungen in diesem Kap. flagitabatur — insequerentur; cum convenisset — putarunt; erat — cum orabat; endlich mit völliger Trennung des Gliedes *venistis — tum . . . rettulit. prae. patriae*, pro Sulla 1: praecipitante republica; 87. *agerent aliquid*. Es ist nicht hinter *agerent* zu interpungiren, sondern *agerent* aliquid in Kommata einzuschliessen. Weder kann *agerent* allein, nachdem susciperent, wodurch die actio causae schon vorausgesetzt wird (so auch § 41 blos: Crassus a consulibus meam causam suscipendam esse dicebat und in Pis. 77:

ut causam publicam susciperetis, ut ad senatum referretis), vorausgegangen ist, mit *causam* verbunden werden, noch aliquid mit ad senatum referrent, da die Berichterstattung an den Senat sich nur auf die Rogationen des Clodius beziehen konnte: *agere aliquid* ist 'irgend einen Antrag stellen', 'irgend wie auftreten'.

26. *meque tanta omnium rerum perturbatione* nach Conjectur anstatt des handschriftlichen *meque* etiam omni ratione, das bei dem gleich folgenden privato consilio widersinnig ist; vergl. § 54: hac tanta perturbatione civitatis; § 73: magna rerum perturbatione impendente: epp. ad fam. 1, 5, 2: in eiusmodi perturbatione rerum; 6, 1, 1: Etsi ea est perturbatio omnium rerum; pro Flacc. 9 4: videtis — quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur; de lege agr. 1, 24: hoc metu atque hac perturbatione animorum atque rerum. *privato consilio*, 'auf eigene Hand'. *respublica careret* = rem publicam carere videbant. *in aede Concordiae*, wo die Beschlüsse über die Catilinarier gefasst waren. *flens*. Dass dies keine

orabat; nam alter ille horridus et severus consulto se domi continebat. qua tum superbia caenum illud ac labes amplissimi ordinis praeces et clarissimorum civium lacrimas repudiavit! me ipsum ut contempserit belluo patriae! nam quid ego patrimonii dicam, quod ille totum, quamvis quaestum faceret, amisit? venistis ad senatum vos, vos, inquam, equites Romani, et omnes boni veste mutata vosque pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi proiecistis: cum vestris precibus ab latrone illo repudiati estis. *tum* vir incredibili fide, magnitudine animi, constantia, L. Ninnius, ad senatum de re publica rettulit senatusque frequens vestem pro mea salute mutandam censuit. o diem illum, iudices, funestum senatui bonisque omnibus,
 12
 27
 rei publicae luctuosum, mihi ad domesticum maerorem gravem, ad posteritatis memoriam gloriosum! quid enim quisquam potest ex omni memoria sumere inlustrius, quam pro uno cive et bonos omnis privato consensu et universum senatum publico consilio mutasse vestem? quae quidem tum mutatio non deprecationis causa est facta, sed luctus: quem enim mutatio non deprecationis causa est facta, sed luctus: quem enim hoc satis esset signi esse improbum, qui mutata veste non esset? hac mutatione vestis facta, tanto in luctu civitatis omitto quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque praedo, fecerit, qui adesse nobilissimos adolescentis, honestissimos equites Romanos, deprecatores salutis meae iusserit eosque operarum suarum gladiis et lapidibus obierit: de consulibus loquor, quorum fide res publica niti debuit. exanimatus evolat
 29
 ex senatu, non minus perturbato animo atque voltu, quam si annis

Uebertreibung zu sein braucht, zeigen Stellen, wie Caes. de bell. Gall. 1, 20; de bell. civ. 1, 76; Sall. Jug. 58, 5; 71, 5; 107, 3; Liv. 8, 33, extr.; Cic. pro Flacc. 102. *cincinnatum*, § 17: calamistrata coma. *venistis ad senatum vos*, 'da habt Ihr Euch an den Senat gewandt', vergl. in Verr. 2, 5, 126: Quo confugient socii? . . . ad senatumne venient? *vos, inquam*. vos ist mit Nachdruck vor inquam wiederholt mit Beziehung auf die vorhergehenden Worte *venistis ad senatum vos*. Wenn vos nur einmal gesetzt wird, ist inquam unverständlich. L. Ninnius, der Volkstribun, der später den Antrag auf Ciceros Zurückberufung stellte, § 68, bedient sich hier anstatt des Consuls seines Rechts der relatio im Senat.

12., 27. *funestum — luctuosum*, § 53; *ad — gravem*, in Cat. 1, Koch, Cicero's Rede für P. Sestius.

12: *faciam* id quod est ad severitatem lenius; de or. 1, 129: nihil est . . . tam ad diuturnitatem memoriae stabile quam id in quo aliquid offenderis. *sumere*, 'anführen', pro Roscio Am. 47: verum homines notos sumere odiosum est. *quae — luctus*, § 32: sive illa vestis mutatio ad luctum ipsorum sive ad deprecandum valebat. *quem enim depr.*, 'bei wem sollte man sich verwenden', anders § 76. *cum — essent*. Es blieb Niemand übrig, den man anflehen konnte, als die improbi, denn diese allein hatten keine Trauer angelegt. *qui esset*, wie ὅς ἔσται = ἐάν τις. *rerum — praedo*, pro Rosc. Am. 65: cum omnia divina atque humana iura scelere nefario polluisset. *qui adesse — iusserit*, um sich vor einer contio zu verantworten.

28. *exanimatus*, obwohl de consulibus vorhergeht, übrigens vgl. § 118: sedebat exanimatus, annis

ante paucis in creditorum conventum incidisset; advocat contionem, habet orationem talem consul, qualem numquam Catilina victor habuisset: errare homines, si etiam tum senatum aliquid in re publica posse arbitrarentur, equites vero Romanos daturos illius diei poenas, quo me consule cum gladiis in clivo Capitolino fuissent; venisse tempus eis, qui in timore fuissent, — coniuratos videlicet dicebat — ulciscendi sui, si dixisset haec solum, omni supplicio esset dignus; nam oratio ipsa consulis perniciose potest
 29 rem publicam labefactare: quid fecerit videte: L. Lamiam, qui cum me ipsum pro summa familiaritate, quae mihi cum patre eius erat, unice diligebat, tum pro re publica vel mortem oppetere cupiebat, in contione relegavit edixitque, ut ab urbe abesset milia passuum ducenta, quod esset ausus pro civi, pro bene merito civi,
 13 pro amico, pro re publica deprecari. quid hoc homine facias? aut quo civem importunum aut quo potius hostem tam sceleratum reserves? qui, ut omittam cetera, quae sunt ei cum conlega immani impuroque coniuncta atque communia, hoc unum habet proprium, ut ex urbe expulerit, [relegavit,] non dico equitem Romanum, non ornatissimum atque optimum virum, non amicissimum rei publicae civem, non illo ipso tempore una cum senatu et cum bonis omnibus casum amici reique publicae lugentem, sed civem Romanum sine ullo
 30 iudicio ut edicto ex patria consul eiecerit. nihil acerbius socii et Latini ferre soliti sunt quam se, id quod perraro accidit, ex urbe exire a consulibus iuberi; atque illis tum erat reditus in suas civi-

ante paucis ist hinzugesetzt, weil Gabinius, seitdem er das Consulat erlangt hatte, seine Gläubiger verachtete (inflatus § 18). *errare homines*, 'man irre', § 71: *respirasse homines* videbantur; quae tum homines precabantur; § 72: quem homines — Gracchum vocabant; § 105: horum homines nomen . . . amabant; 114; 117; 121. *quo — fuissent*. Der Tempel der Eintracht lag unmittelbar am clivus Capitolinus, auf welchem sich am Tage jenes Senatsbeschlusses über die Varschworenen und auch schon früher die römischen Ritter zum Schutze Ciceros versammelt hatten, 1 Cat. 21. *qui — fuissent*, die sich bis dahin aus Furcht hätten zurückhalten müssen. *omni supplicio*, § 94; de imp. Pomp. 12; ähnlich § 127: *omni odio und omni populi Romani significatione*.

29. *L. Lamiam*, vollständig *L. Aelius Lamia*, in Pis. § 64; vergl. über sein Verhältniss zu Cicero

epp. ad fam: 11, 16, 2. *relegavit*. Die relegatio konnte durch die Verfügung eines Consuls rechtlich nur gegen Nichtbürger verhängt werden. *pro civi* u. s. w., vergl. eine ähnliche gradatio § 83: cum causam civis calamitosi, causam amici, causam bene de republica meriti, causam senatus, causam Italiae, causam reipublicae recepisset. Uebrigens ist der Coniunctiv esset ausus zu beachten, als ob Gabinius diese Worte selbst in seiner Verfügung gebraucht hätte.

13. *immani impuroque*, de rep. 1, 9: cum impuris atque inmanibus adversariis decertantem. *relegavit* ist zu streichen, da hier den officiellen Ausdruck hinter dem mit Absicht gesetzten *ex urbe expulerit* (ebenso § 30: *expellet ex patria?*) zu wiederholen keinen Sinn hätte.

30. *exire iuberi* = relegari, wie § 27 *adesse iusserit* = arces-

tates, ad suos Lares familiaris et in illo communi incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat. hoc vero quid est? exterminabit civis Romanos edicto consul a suis dis penatibus? expellet ex patria? deliget quem volet? damnabit atque eiciet nominatim? hic, si umquam vos eos, qui nunc estis, in re publica fore putasset, si denique imaginem iudiciorum aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset, umquam ausus esset senatum de re publica tollere, equitum Romanorum preces aspernari, civium denique omnium novis et inauditis edictis ius libertatemque pervertere? etsi me attentissimis animis, summa cum benignitate
 31 auditis, iudices, tamen vereor ne quis forte vestrum miretur quid haec mea oratio tam longa aut tam alte repetita velit aut quid ad P. Sestii causam eorum, qui ante huius tribunatum rem publicam vexarunt, delicta pertineant; mihi autem hoc propositum est, ostendere omnia consilia P. Sestii mentemque totius tribunatus hanc fuisse, ut adflictae et perditae rei publicae quantum posset mederetur. ac si in exponendis vulneribus illis de me ipso plura dicere videbor, ignoscitote; nam et illam meam cladem vos et omnes boni maximum esse rei publicae volnus iudicastis et P. Sestius est reus non suo, sed meo nomine, qui cum omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpserit, necesse est meam causam praeteriti temporis cum huius praesenti defensione esse coniunctam.
 14 erat igitur in luctu senatus; squalebat civitas publico consilio veste mutata; nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Romae societas vectigalium, nullum conlegium aut

siverit. *exterminabit*, 'darf er vertreiben', in welchem Sinn anstatt des Fut. Ind. auch das Präs. Conj. *dis penatibus*, zur Bezeichnung des häuslichen Heerdes, wie vorher Lares familiares; bei den Dichtern gewöhnlich nur *penates*, *denique*, 'auch nur', öfter im zweiten Gliede. *futurum — reliquum*, rhetorisch nachdrucksvolle Stellung anstatt in civitate reliquum futurum. *novis — edictis*, in Bezug auf die Rechtswidrigkeit jener gegen einen Bürger verhängten relegatio.

31. *etsi* u. s. w. der Satz schliesst sich, indem der Redner sich plötzlich an die Richter wendet, ohne vermittelnde Partikel an das Vorhergehende an, ähnlich pro Rosc. Am. C. 11: *quid primum querar? attentissimis animis*, mit grösster Aufmerksamkeit, wie *aequissimo, firmissimo animo*. *aut — repetita*, dass hier aut statt ac stehen könne

nach Analogie der negativen Sätze, ist sehr zu bezweifeln; übrigens ist alte repetere mit Object häufig, ohne Object Cic. pro Cluent. 66: *repetam paulo altius*. *vexarunt*, 'zerrüttet haben', sonst auch *lacerare*, *dissipare rempublicam*. *hoc*, hierzu steht der Infinitiv appositionell, wie § 49, 82. *mentem*, 'die Absicht'. *ut — mederetur*, ebenso medicina § 51. *meam causam praeteriti temporis*, ähnlich pro Mur. 8: *hominis . . . amplissimi causam tanti periculi*.

14, 32. *Romae* dem voraufgehenden Italiae gegenübergestellt bezieht sich nicht bloß auf societas, ebenso wie Italiae nicht bloß auf municipium. *nullum conlegium*, nicht die politischen Klubs, von denen § 34 die Rede ist, die natürlich dem Cicero nicht günstig waren, sondern wohl namentlich die conlegia pontificum,

concilium aut omnino aliquod commune consilium, quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset, cum subito edicunt duo consules, ut ad suum vestitum senatores redirent. quis unquam consul senatum ipsius decretis parere prohibuit? quis tyrannus miseros lugere vetuit? parumne est, Piso, ut omittam Gabinium, quod tantum homines fefellisti, ut neglegeres auctoritatem senatus, optimi cuiusque consilia contemneres, rem publicam proderes, consulare nomen adfligeres? etiamne edicere audebas, ne maererent homines meam, suam, rei publicae calamitatem, ne hunc suum dolorem veste significarent? sive illa vestis mutatio ad luctum ipsorum sive ad deprecandum valebat, quis unquam tam crudelis fuit qui prohiberet quemquam aut sibi maerere aut ceteris supplicare? quid? sua sponte homines in amicorum periculis vestitum mutare non solent? pro te ipso, Piso, nemone mutabit? ne isti quidem, quos [legatos] non modo nullo senatus consulto, sed etiam repugnante senatu tibi tute legasti? ergo hominis desperati et proditoris rei publicae casum lugebunt fortasse qui volent; civis florentissimi benevolentia honorum et optime de salute patriae meriti periculum coniunctum cum periculo civitatis lugere senatui non licebit? eidemque consules, si appellandi sunt consules, quos nemo est quin non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos putet, pacto iam foedere provinciarum, producti in circo Flaminio in con-

augurum und ähnliche. *concilium*, jede zu politischen Berathungen berufene Versammlung. *consilium* als allgemeiner Ausdruck fasst das Frühere zusammen. *quod — decrevisset*, 'die nicht die ehrenvollsten Beschlüsse gefasst hätten'; gewöhnlicher wäre in diesem Falle das imperf. conj. *quis tyrannus*, in Pis. 18: *quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus*, ut eos quos luctu afficeret lugere non sineret. *parumne est*, u. s. w., quod hängt von *parumne est* ab, ut neglegeres bezieht sich auf tantum. *consulare — affligeres*, 'den Consulnamen durch deine Thaten erniedrigtest'. *audebas* statt des handschriftlichen *audeas* ist nothwendig wegen der folgenden Imperfecta; wer wegen des vorangehenden *fefellisti* auch hier ausus es verlangt, übersieht, dass in den Worten *quod tantum homines fefellisti*, ut negligeres steckt *quod negligebas*. *aut — supplicari*, 'entweder für sich allein zu trauern oder die Anderen anzuflehen'. Dass *ceteris* für pro

ceteris stehen könnte, ist nicht glaublich, schon wegen der unerträglichen Zweideutigkeit, dann wegen des Gedankens, durch welchen die auf sich selbst gewandte Trauer der an Andere sich wendenden Bitte gegenübergestellt wird. Auch Diejenigen, welche sibi maerebant, trauerten doch de Cicerone.

33. *pro te*, die Apostrophe, obwohl Piso damals als Proconsul sich in Macedonien befand. *legatos* ist zu streichen, da die Stellung desselben an der Spitze des Satzes die Voraussetzung ergäbe, als ob Piso jene Leute sich auch hätte in einer anderen Eigenschaft zugesellen können. *lugebunt . . . qui volent*, § 30: *deliget quem volet? ex memoria — ex fastis*. In den Verzeichnissen der Consuln stand Mancher, der aus dem Andenken der Menschen lange verschwunden war. *in circo Flaminio*, der circus Fl. und die ihn umgebenden prata Flaminia wurden häufig zu Versammlungen gebraucht.

tionem ab illa furia ac peste patriae, maximo cum gemitu vestro illa omnia, quae tum contra me contraque rem publicam *parabantur*, voce ac sententia sua comprobaverunt; isdem consulibus sedentibus atque inspectantibus lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet; ut omnibus fastis diebus legem ferri liceret; ut lex Aelia, lex Fufia ne valerent; qua una rogatione quis est qui non intellegat universam rem publicam esse deletam! isdemque consulibus inspectantibus servorum dilectus habebantur pro tribunali Aurelio nomine conlegiorum, cum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad caedem, ad direptionem incitarentur; isdemque consulibus arma in templum Castoris palam comportabantur, gradus eiusdem templi tollebantur; armati homines forum et contiones tenebant; caedes lapidationesque fiebant; nullus erat senatus, nihil reliqui magistratus; unus omnem omnium potestatem armis et latrocinis possidebat, non aliqua vi sua, sed cum duo consules a re publica provinciarum foedere retraxisset, insultabat dominabatur, aliis pollicebatur; terrore ac metu multos, pluris etiam spe et promissis tenebat. quae cum essent eius modi, iudices, cum senatus duces³⁵ nullos ac pro ducibus proditores aut potius apertos hostis haberet,

15. *ne auspicia valerent* u. s. w. Die leges Aelia und Fufia, noch vor den Gracchischen Unruhen im Interesse der Nobilität gegeben, ihrem genaueren Inhalte nach unbekannt, regelten die obnuntiatio der Magistrate für die legislativen Comitien und verboten an einigen der dies fasti, der zu öffentlichen Verhandlungen bestimmten Tage, das Abhalten von Comitien, beschränkten also die Zahl der dies comitiales. Diese Gesetze waren durch Clodius aufgehoben. Die Worte *ne auspicia valerent* sind natürlich im Sinne des Cicero von der Folge dieser Aufhebung zu verstehn (vergl. zu § 29); sie sind den folgenden Sätzen, die jene Aufhebung im Einzelnen präcisiren, mit ähnlichem rhetorischen Kunstgriff gleichgestellt, wie am Schluss die Worte *ut lex Aelia, lex Fufia ne valerent*, welche den Inhalt des Vorhergehenden nur zusammenfassen. *ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet* = *ne quis obnuntiando legi interc.* Vermöge der *spectio*, des Rechts der Himmelsbeobachtung, konnten die Ma-

gistrate unter Zuziehung der Auguren die obnuntiatio ausüben, d. h. die Fortsetzung der Comitien inhibiren. *universam — deletam*, im Sinne der Optimatenpartei.

34. *pro trib. Aur.*, auf dem Forum, in Pis. 11; pro Cluent. 93. *pro* = in, wie *pro rostris, pro muro, conlegiorum*. Die vom Senat 64 aufgehobenen politischen Klubs waren von Clodius wieder eingeführt. *decuriarentur*, 'organisirt wurden', da das *decuriari* nicht wörtlich zu nehmen ist. Dieselben Ausdrücke bei Wahlumtrieben pro Plancio 45: *haec doce . . . decuriasse Plancium, conscripsisse. in templo Castoris*. Dieser Tempel, ebenfalls am Forum, war in jenem Jahr, nach in Pis. 11, *arx civium perditorum. a republica — retraxisset*, 'in ihrer politischen Thätigkeit gelähmt hatte'. *aliis pollicebatur* ist als Beschränkung zu *insultabat dominabatur* hinzugefügt; diesem Gliederpaar entspricht das folgende *terrore — tenebat*, in welchem der Erfolg des ersten enthalten ist.

35. *aut potius apertos hostis*,

equester ordo reus a consulibus citaretur, Italiae totius auctoritas repudiaretur, alii nominatim relegarentur, alii metu et periculo terrerentur, arma essent in templis, armati in foro, eaque non silentio consulum dissimularentur, sed et voce et sententia comprobarentur, cum omnes urbem nondum excisam et eversam, sed iam captam atque oppressam videremus, tamen his tantis malis tanto bonorum studio, iudices, restituissemus; sed me alii metus atque aliae curae suspitionesque moverunt.

16 Exponam enim hodierno die, iudices, omnem rationem facti et
36 consilii mei, neque huic vestro tanto studio audiendi nec vero huic tantae multitudini, quanta mea memoria numquam ullo in iudicio fuit, deero. nam si ego in causa tam bona, tanto studio senatus, consensu tam incredibili bonorum omnium, tam parato ordine equestri, tota denique Italia ad omnem contentionem expedita cessi tribuni plebis, despiciatissimi hominis, furori, contemptissimorum consulum levitatem audaciamque pertimui, nimium me timidum, 37 nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor. quid enim simile fuit in Q. Metello? cuius causam etsi omnes probabant, tamen neque senatus publice neque ullus ordo proprie neque suis decretis Italia cuncta susceperat; ad suam enim quandam magis ille gloriam quam ad perspicuam salutem rei publicae spectarat cum unus in legem per vim latam iurare noluerat; denique videbatur ea conditione tam fortis fuisse, ut cum patriae caritate constantiae gloriam commutaret. erat autem res ei cum exercitu C. Marii invicto; ha-

§ 29: quo civem importunum aut quo potius hostem tam sceleratum reserves? 39: perditorum civium vel potius domesticorum hostium. metu et periculo = metu periculi, wie § 53: metu vestri periculi. et voce = comprobarentur, im Circus Flaminius, § 33. nondum — sed iam = si nondum — at, wie § 57: si nondum socius, at non hostis. captam atque oppressam, § 52: nunquam denique erit tam oppressus senatus . . . tam captus equester ordo. sed me . . . — moverunt = nisi me . . . movissent, zu beziehen auf die Unterstützung des Clodius durch Cäsar und Pompejus; ebenso im Griech. ἀλλὰ statt εἰ μὴ Hom. II. 5, 22: Οὐδὲ γὰρ οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα μέλαιναν, ἄλλ' Ἠφαιστος ἔρυντο; Od. 13, 32.

16, 36. ordine equestri. Diese Worte sind hinter parato einzuschieben, da hier dieselben vier

Klassen nebeneinander gestellt werden, wie § 38 zu Anfang.

37. quid — Metello?, mit anderer Construction pro Milone 38: quid simile Milonis? Das Beispiel des Q. Metellus Numidicus, der sich im Jahre 100 weigerte den vom Saturninus verlangten Eid zu schwören und deshalb in die Verbannung gehen musste, ist dem Cicero sehr geläufig. proprie hier im Gegensatz zu publice ('als Behörde') fast soviel wie privato consilio, 'mit persönlicher Anstrengung', ebenso § 38. spectarat, dies ist das einzig passende Verbum anstatt des verderbten handschriftlichen sumpserat; die Corruptel ist wohl durch verkehrte Ergänzung ausgefallener Buchstaben entstanden, nachdem von spectarat nur sprat übrig geblieben war, ähnlich wie § 42 aus disupatam (supatam) superatam geworden ist. per vim latam, § 61:

bebat inimicum C. Marium, conservatorem patriae, sextum iam illum consulatum gerentem; res erat cum L. Saturnino, iterum tribuno plebis, vigilante homine et in causa populari si non moderate, at certe populariter abstinenterque versato; cessit, ne aut victus a fortibus viris cum dedecore caderet aut victor multis et fortibus civibus rem publicam orbaret: meam causam senatus 38 palam, equester ordo acerrime, cuncta Italia publice, omnes boni proprie enixeque susceperant; eas res gesseram, quarum non unus auctor, sed dux omnium voluntatis fuissem, quaeque non modo ad singularem meam gloriam, sed ad communem salutem omnium civium et prope gentium pertinerent; ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes praestare tuerique deberent. erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum 17 operis conductis et ad diripiendam urbem concitatis; habebam inimicum non C. Marium, terrorem hostium, spem subsidiumque patriae, sed duo importuna prodigia, quos egestas, quos aeris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas tribuno plebis constrictos addixerat; nec mihi erat res cum Saturnino, qui, quod a se quaestore 39 Ostiensi per ignominiam ad principem et senatus et civitatis, M. Scaurum, rem frumentariam translata sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequabatur, sed cum scurrarum locupletium scorto, cum sororis adultero, cum stuprorum sacerdote, cum venefico, cum testamentario, cum sicario, cum latrone: quos homines si, id quod facile factu fuit et quod fieri debuit quodque a me optimi et fortissimi cives flagitabant, vi armisque superassem, non verebar ne quis aut vim vi depulsam reprehenderet aut perditorum civium vel potius domesticorum hostium mortem maereret.

leges quas iniuste rogatas putaret; 101: legem quam non iure rogatam iudicaret. sextum—gerentem, Caes. de bell. Gall. 5, 25: tertium iam hunc annum regnantem inimici . . . eum interfecerunt. populariter, nur auf das Interesse des Volks, nicht auf das eigene bedacht.

38. sed dux — voluntatis, hierzu ist aus quarum ein in quibus gerendis herauszunehmen. ad singularem meam = ad meam unius; praestare, die Verantwortung für etwas auf sich nehmen, § 43; 61; de or. 1, 113.

17. ad — concitatis, § 34: ad direptionem incitarentur. quos egestas u. s. w. Von den beiden Consuln, ähnlich de prov. 43: consulum scelus, cupiditas, egestas, audacia. tribuno pl. — addixerat,

in Pis. 14: cui solo aequatum praebebas consulatum tuum.

39. a se quaestore Ostiensi. Die Quaestura Ostiensis war wegen der Sorge für die Getreidezufuhr ein zwar beschwerliches, aber nicht unbedeutendes Amt. principem . . . civitatis, § 84. dolorem . . . persequabatur, wie iniuriam, inimicitias persequi, ähnlich § 46: ulcisci dolorem. scurrarum locupletium. scurrae sind Müssiggänger, die nur ihrem Vergnügen leben, Plaut. Trin. 202: urbani assidui cives quos scurras vocant, erst im engeren Sinne Parasiten und Spassmacher. stuprorum sacerdote, § 66: populari sacerdote. testamentario, sonst testamentorum subiecto, 2 Cat. 7. quos homines, zu beziehn auf die vom Anfang des 17. Kap. an Genannten. vim

sed me illa moverunt: omnibus in contionibus illa furia clamabat se quae faceret contra salutem meam facere auctore Cn. Pompeio, clarissimo viro mihi et nunc et quoad licuit amicissimo; M. Crassus, quocum mihi omnes erant amicitiae necessitudines, vir fortissimus, ab eadem illa peste infestissimus esse meis fortunis praedicabatur; C. Caesar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissimus esse meae saluti ab eodem cotidianis contionibus dicebatur. his se tribus auctoribus in consiliis capiendis, adiutoribus in re gerenda esse usurum dicebat; ex quibus unum habere exercitum in Italia maximum; duo, qui privati tum essent, [et praesesse et] parare, si vellent, exercitum posse idque facturos esse dicebat; nec mihi ille iudicium populi nec legitimam aliquam contentionem nec disceptationem aut causae dictionem, sed vim, 18 arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat. quid ergo? inimici oratio, vana praesertim, tam improbe in clarissimos viros coniecta me movit? me vero non illius oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba conferebatur; qui tum, quamquam ob alias causas tacebant, tamen hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non infitiando confiteri videbantur: illi autem alio tum timore perterriti quod acta illa atque omnis res anni superioris labefactari a praetoribus, infirmari a senatu atque

vi depulsam, pro Milone 30: vi victa vis. illa furia, gleich darauf ab eadem illa peste, wie § 33 Beides zusammen: ab illa furia ac peste patriae. et quoad licuit, scil. per Caesarem. omnes, παντοία. qui a me — debebat, 'dem ich durchaus keine Veranlassung gegeben mir feindselig sein zu müssen', de prov. 43: accepi iniuriam, inimicus esse debui. nullo meo merito, § 133.

40. et praesesse. Diese Worte können nicht heißen: ein Kommando führen, da Niemand dem Pompejus und Crassus, wenn sie einmal ein Heer hatten, die Fähigkeit oder die Befugnis dasselbe zu kommandiren abgestritten haben würde, auch parare exercitum dann vor praesesse stehn müßte, man darf aber auch nicht praesto esse dafür setzen, als ob Caesar nicht praesto gewesen wäre. Es bleibt Nichts übrig, als die Worte et praesesse et zu streichen. dicebat ist mit derselben Absichtlichkeit wiederholt, wie § 23. nec disceptationem, so öfter im Gegensatz zur Gewalt der Waf-

fen, epp. ad fam. 4, 14, 2: videbamque quanto periculo de iure publico disceptaretur armis; 6, 1, 5. castra, pro Mil. 74: non iniustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos sed castris, exercitu, signis inferendis petebat.

18. quid ergo? wie quid deinde (§ 43), quid tum (§ 47), quid ita (§ 80). coniecta, so crimina conicere, pro Mur. 73, dafür auch conferre, wie gleich im Folgenden. vero nach einer Frage ist nach der Natur der Antwort durch 'nein' oder 'ja' zu übersetzen. Das Pronomen hat sich wie bei quidem an die Partikel angeschlossen. illa — improba, nachdrücklich mit geringer Variation aus dem Vorigen (illius oratio tam improbe) wiederholt. omnia timentibus; so ist auch pro Mur. 51 qui omnia timentibus zu schreiben. tacendo loqui, 1 Cat. 21: cum taceat, clamant. acta illa, § 61: actor rerum illarum erat. omnis — superioris, § 62: omnia acta illius anni, die vom Caesar während seines Consulats gegen den Willen des Bibulus durchgesetzten Beschlüsse. a

principibus civitatis putabant, tribunum popularem a se alienare nolebant suaque sibi propiora esse pericula quam mea loquebantur. sed tamen et Crassus a consulibus meam causam suscipiendam 41 esse dicebat et eorum fidem Pompeius implorabat neque se private publice susceptae causae defuturum esse dicebat; quem virum studiosum mei, cupidissimum rei publicae conservandae, [domi meae] certi homines ad eam rem positi monuerunt, ut esset cautior, eiusque vitae a me insidias apud me domi positae esse dixerunt, atque hanc eius suspicionem alii litteris mittendis, alii nuntiis, alii coram ipsi excitaverunt, ut ille, cum a me certe nihil timeret, ab illis, ne quid meo nomine molirentur, sibi cavendum putaret; ipse autem Caesar, quem maxime homines ignari veritatis mihi esse iratum putabant, erat ad portas, erat cum imperio, erat in Italia eius exercitus inque eo exercitu ipsius tribuni plebis, inimici mei, fratrem praefecerat. haec ergo cum viderem — neque enim 19 erant occulta —, senatum, sine quo civitas stare non posset, 42 omnino de civitate esse sublatum; consules, qui duces publici consilii esse deberent, perfecisse ut per ipsos publicum consilium funditus tolleretur; eos, qui plurimum possent, opponi omnibus contionibus, falso, sed formidolose tamen, auctores ad perniciem meam;

praetoribus, C. Memmius und L. Domitius. principibus civitatis, die principes civitatis sind die Häupter der Optimatenpartei, an Macht von den Triumvirn (qui plurimum poterant, § 42) übertraffen. suaque — pericula, nach dem Sprüchwort tunica propior pallio est.

41. studiosum — conservandae, pro Mur. 90: cupidissimum otii, studiosissimum bonorum. reipublicae conservandae, § 49: fore putabam, ut exemplum reipublicae conservandae mecum simul interiret. domi meae, diese Worte sind sicher falsch, da weder anzunehmen, dass die Warnungen dem Pompejus bloss im Hause des Cicero zugekommen seien, zumal in diesem Falle das folgende domi meae mit positi der Stellung nach verbunden werden kann oder in dieser Verbindung 'in meinem Hause angestiftete Leute' einen Sinn gäbe, noch domi meae zu ut sit cautior zu ziehen ist, da dann dieselbe Sache in zwei Sätzen höchst schleppend berichtet wäre.

Auch ad eam rem positi wäre leicht zu entbehren. certi homines, vor Allen Vatinius, § 133; dieselben Leute ebenso bezeichnet in Pis. 76; vergl. auch in Verr. 2, 4, 39; 103; pro Flacco 94. ignari veritatis, wie ignari rerum, § 15 u. 47. ad portas, wie ad urbem, § 52. coram ipsi, pleonastisch, wie in noch höherem Grade bei Plaut. Pseudul. 1142: quia ted ipsus coram praesens praesentem videt. praefecerat fratrem, Appius Claudius war Legat des Caesar.

19., 42. haec ego cum viderem — neque enim erant occulta, § 25: qua re patefacta — neque enim dissimulari poterat tantum scelus nec latere. senatum u. s. w. Wie hier nach civitas nachdrücklich de civitate folgt, so ist gleich darauf nach publici consilii ebenso publicum consilium wiederholt. de civ. — sublatum, § 44. opponi — contionibus, § 52: nec armati exercitus terrorem opponet togatis. ad perniciem meam, Tusc. disp. 1, 26: auctoribus quidem ad istam sententiam quam vis obtineri uti opti-

contiones haberi cotidie contra me, vocem pro me ac pro re publica neminem mittere; intenta signa legionum existimari cervicibus ac bonis vestris falso, sed putari tamen; coniuratorum copias veteres et effusam illam ac dissipatam Catilinae importunam manum novo duce et insperata commutatione rerum esse renovatam —: haec cum viderem, quid agerem, iudices? scio enim ⁴³ non mihi vestrum studium, sed meum prope vestro defuisse. contenderem contra tribunum plebis privatus armis? vicissent improbos boni, fortes inertis; interfectus esset is, qui hac una medicina sola potuit a rei publicae peste depelli: quid deinde? quis reliqua praestaret? cui denique erat dubium quin ille sanguis tribunicius, nullo praesertim publico consilio profusus, consules ultores et defensores esset habiturus? cum quidam in contione dixisset aut mihi semel pereundum aut bis esse vincendum. quid erat bis vincere? id profecto, ut, *si* cum amentissimo tribuno plebis decertassem, cum consulibus ceterisque eius ultoribus dimis ⁴⁴ carem. ego vero, vel si pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi sanabilis, illi mortifera, qui imposuisset, semel perire tamen, iudices, maluissem quam bis vincere; erat enim illa altera eius modi contentio, ut neque victi neque victores rem publicam tenere possemus. quid? si in prima contentione vi tribunicia victus in foro cum multis bonis viris concidissem? senatum consules, credo, vocassent, quem totum de civitate delerant; ad arma vocarent, qui ne vestitu quidem defendi rem publicam sissent; a tribuno plebis post interitum *meum* dissedissent, qui eandem horam meae

mis possumus. *pro me ac pro republica*, § 33: contra me contraque rempublicam. *sed putari tamen*, gewöhnlicher wäre die Wiederholung desselben Verbums gewesen. *effusam . . . dissipatam*, de leg. agr. 2, 89; effusis ac dissipatis fructibus vestris. *imp. comm. rerum*, Caes. de bell. civ. 1, 61: magna celeriter commutatio rerum. *haec cum viderem*. Sonst wird gewöhnlich bei einem solchen zurückgreifenden Ausdruck inquam oder igitur hinzugefügt. *scio — defuisse*, pro Planc. 86: dixisti enim non mihi auxilium sed me auxilio defuisse.

43. *privatus armis*, pro Planc. 88: arma quae privatus P. Scipio ceperat. *vicissent* = si vicissent. *una — sola*, § 130: unus est solus inventus. *a reipublicae peste depelli*, de or. 1, 3: fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi in

nosmet ipsos redundarent; 4 Cat. 22: hostes . . . cum a pernicie reipublicae reppuleris. *praestaret*, § 38 und 61;

44. *ac non*, 'und nicht vielmehr'. Der Gedanke ist: Auch wenn der Untergang mir gewiss gewesen wäre und ich nicht meine Zurückberufung, die dem Clodius den tödtlichen Streich versetzen musste, vorausgesehen hätte, würde ich doch meinen einmaligen Untergang einem solchen zwiefachen Siege vorgezogen haben. *rem publicam tenere*, de or. 1, 38: quod nisi fecisset, rempublicam quam nunc vix tenemus iam diu nullam haberemus. *concidissem*, § 12. *ad arma vocarent*, wie ad contionem vocare mit Ergänzung des Objects. Das Imperfectum ist sehr auffallend, zumal gleich sissent folgt, und man könnte vermuthen: ad arma vocar [i passi ess] ent.

pestis et suorum praemiorum esse voluissent. unum enim mihi ²⁰ restabat illud, quod forsitan non nemo vir fortis et acris animi ⁴⁵ magnique dixerit: 'restitisses, repugnasses, mortem pugnans optetisses.' de quo te, te, inquam, patria, testor et vos, penates patrique dei, me vestrarum sedum templorumque causa, me propter salutem meorum civium, quae mihi semper fuit mea carior vita, dimicationem caedemque fugisse. etenim si mihi in aliqua nave cum meis amicis naviganti hoc, iudices, accidisset, ut multi ex multis locis praedones classibus eam navem se oppresuros minitarentur, nisi me unum sibi dedidissent, si id vectores negarent ac mecum simul interire quam me tradere hostibus mallent, iccissem ipse me potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitae discrimen adducerem. cum vero in hanc rei publicae navem ⁴⁶ ereptis senatui gubernaculis fluitantem in alto tempestatibus seditum ac discordiarum armatae tot classes, nisi ego essem unum deditus, incursum viderentur, cum proscripio, caedes, direptio denuntiaretur, cum alii me suspitione periculi sui non defenderent, alii vetere odio bonorum incitarentur, alii inviderent, alii obstare sibi me arbitrantur, alii ulcisci dolorem aliquem suum vellent, alii rem ipsam publicam atque hunc bonorum statum otiumque odissent et ob hasce causas tot tamque varias me unum *multi* deposcerent, depugnarem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum quam id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem ac subirem? ²¹ 'victi essent improbi.' at cives, at ab eo privato *armato*, qui sine ⁴⁷ armis etiam consul rem publicam conservat: sin victi essent boni,

20, 45. *enim* um einen Einwurf zu bezeichnen, wie § 110, wenn es nicht aus etiam verderbt ist, wie § 52: nunquam etiam. *restitisses*, 'du hättest widerstehen müssen'. *penates patrique dei*, pro Sulla 86. *quae — carior*, 1 Cat. 27: patria quae mihi vita mea multo est carior. *etenim si* u. s. w. Von den beiden mit *si* anfangenden Nebensätzen bildet der zweite mit dem Nachsatze ein Ganzes, zu welchem der erste als Vordersatz gehört, eine Satzverbindung, die neuerdings passend durch die Buchstabenverbindung a: (b: A) veranschaulicht ist. *vectores*, qui vehuntur, *ἐπιβάται*. *non modo — sed*, nicht sed etiam beim Herabsteigen vom Grösseren zum Geringeren, ebenso § 46; non dicam — sed certe.

46. *alii inviderent*, weil er ein homo novus war. *alii — vellent*, Clodius und Caesar. *me unum multi*. Das in den Handschriften fehlende *multi* ist hinzuzusetzen, weil deposcerent sonst nur auf die zuletzt genannten alii gehen könnte. Der Gegensatz ist derselbe wie § 45: ut multi praedones minitarentur — nisi me unum sibi dedidissent u. 46: armatae tot classes nisi ego essem unus deditus incursum viderentur. *depugnarem*, 'hätte ich kämpfen sollen', wie § 43 contenderem; 48 timerem.

21, 47. *armato* ist nach privato nothwendig wegen des Gegensatzes zum folgenden qui sine armis etiam consul. Die Form des Gegensatzes ist die chiastische.

qui superessent? nonne ad servos videtis rem publicam venturam fuisse? an mihi ipsi, ut quidam putant, fuit mors aequo animo optetenda? quid tum? mortemne fugiebam? an erat res ulla, quam mihi magis optandam putarem? antea ego illas res tantas in tanta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, non exitium ab oculis versabatur? non haec denique a me tum tamquam fata in ipsa re gerenda caneantur? an erat mihi in tanto luctu meorum, tanta diiunctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum, quas mihi aut natura aut fortuna dederat, vita retinenda? tam eram rudis, tam ignarus rerum, tam expers consilii aut ingenii? nihil audieram? nihil videram? nihil ipse legendo quaerendoque cognoveram? nesciebam vitae brevem esse cursum, gloriae sempiternum? cum esset omnibus definita mors, optandum esse ut vita, quae necessitati deberetur, patriae potius donata quam reservata naturae videretur? nesciebam inter sapientissimos homines hanc contentionem fuisse, ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alii autem tum mentis maxime sapientium ac fortium virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere? quorum alterum fugiendum non esse, carere sensu, alterum ⁴⁸ etiam optandum, meliore esse sensu. denique, cum omnia semper ad dignitatem rettulissem nec sine ea quicquam expetendum esse homini in vita putassem, mortem, quam etiam virgines Athenis,

nonne ad servos — venturam fuisse, dass der Staat in 'die Hände von Sklaven gekommen sein würde; epp. ad fam. 4, 9, 3: miserius nihil quam ipsa victoria quae etiam, si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores intemperatioresque reddat; in Verr. 5, 38: neque illud rationis habuisti, . . . eam provinciam . . . ad summam stultitiam nequitiamque venisse; 126: cum videmus ad paucos omnis omnium nationum pecunias venire. *quid tum?* So ist zu interpungiren, nicht quid? tum, als ob Cicero sich zu einer anderen Zeit vor dem Tode gefürchtet hätte (siehe zu § 40). *antea* statt des handschriftlichen aut, das nicht zu erklären ist, da die dadurch eingeleitete Frage die vorige ebenso deckt und näher bestimmt, wie im Folgenden tam eram rudis die vorangehende. *in tanta — multitudine*, pro Sulla 28. *non exitium* anstatt des handschriftlichen exilium, da dem Cicero ja grade vorgeworfen war, dass er, um dem Tode zu entgehn, die Verbannung gewählt habe.

fata, Schicksalssprüche, Weissagungen. *spoliatione*, passivisch: das Beraubtsein. *in ipsa re gerenda*, pro Arch. 30: ego vero omnia quae gerebam iam tum in gerendo spargere ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam. *vitae — cursum*, pro Arch. 28: in hoc tam exiguo vitae curriculo. *reservata naturae*, § 50: atque ille vitam . . . ad incertissimam spem . . . reservavit; 76: nisi suam vitam ad spem mei redditus reservasset. *sensusque*, der Plural wie animos wegen hominum. *ex corpore excessissent*, Tusc. disp. 1, 24; 40; 72. *sentire ac vigere*, pro Mil. 84: in hac imbecillitate nostra inest quiddam quod vigeat et sentiat: Tusc. disp. 1, 21. *meliore esse sensu*, 'ein helleres klareres Bewusstsein zu haben'.

48. *ad — rettulissem*: referre ad, nach etwas bemessen, etwas als Massstab anlegen. *nec — in vita*, parad. 12: cogitassene quidquam in vita sibi esse expetendum nisi quod laudabile esset et praeclarum videretur. *virgines* u. s. w., de nat.

regis, opinor, Erechthei filiae, pro patria contempsisse dicuntur ego vir consularis tantis rebus gestis timerem? praesertim cum eius essem civitatis, ex qua C. Mucius solus in castra Porsenae venisset eumque interficere proposita sibi morte conatus esset; ex qua P. Decius primum pater, post aliquot annos patria virtute praeditus filius se ac vitam suam instructa acie pro salute populi Romani victoriaeque devovisset; ex qua innumerabiles alii partim adipiscendae laudis, partim vitandae turpitudinis causa mortem in variis bellis aequissimis animis oppetissent; in qua civitate ipse meminisset patrem huius M. Crassi, fortissimum virum, ne videret victorem vivus inimicum, eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem saepe hostibus obtulisset. haec ego et multa alia cogitans hoc videbam, si causam publicam mea mors peremisset, neminem umquam fore qui auderet suscipere contra improbos civis salutem rei publicae; itaque non solum si vi interissem, sed etiam si morbo extinctus essem, fore putabam ut exemplum rei publicae conservandae mecum simul interiret; quis enim umquam me a senatu populoque Romano tanto omnium bonorum studio non restituto, quod certe, si essem interfectus, accidere non potuisset, ullam rei publicae partem cum sua minima invidia auderet attingere? servavi igitur rem publicam discessu meo, iudices: caedem a vobis liberisque vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuque depuli, et unus bis rem publicam servavi, semel gloria, iterum aerumna mea. neque enim in hoc me hominem esse infitiabor umquam, ut me optimo fratre, carissimis liberis, fidissima coniuge, vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu sine dolore caruisse glorier; quod si fecissem, quod a me beneficium haberetis, cum pro vobis ea, quae mihi essent vilia, reliquisset? hoc meo quidem animo summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod cum abesse ab ea sine summo dolore non possem,

deorum 3, 50. *opinor*, mit erkünstelter Unwissenheit, wie § 23 u. 118. *P. Decius pater — filius*. Dass auch der Enkel sich geopfert, erzählt Cicero de fin. 2, 61. *se — suam*, § 1. *patrem — Crassi*, P. Crassus, der Vater des M. Crassus, eines der Vertheidiger des Sestius, hatte sich, von Cinna und Marius geächtet, selbst getödtet. *ne videret — vivus*, Alliteration wie § 59 und 110; auch 16; 18; 19. Die schönste Allit. dieser Art bei Cicero ist wohl de senect. 38: ita sensim sine sensu aetas senescit. *vitam exhausisset*, § 80: plaga . . . quae si accessisset, reliquum spiritum exhausisset.

22, 49. *peremisset*; perimere, ein für alle Mal beseitigen, de off. 3, 33; pro Planc. 90. *a senatu pop. Rom.*, mit Absicht gewählter feierlicher Ausdruck wie § 51 und pro Planc. 90. *ullam — partem*, pro Mil. 68: sed quis non intellegit, omnis tibi reipublicae partes aegras et labantes . . . esse commissas. *neque enim — infitiabor*, Terent. Heautont. 1, 1, 25: homo sum: humani nil a me alienum puto. *quod — haberetis*, Lael. 47: amicitiam . . . qua nil a deis immortalibus melius habemus; in Pis. 12: spem habere a tribuno. *vilia*, 'gleichgültig', das Gegenheil carus. *meo animo* = mea

50 hunc me perpeti quam illam labefactari ab improbis malui. me-
mineram, iudices, divinum illum virum atque ex isdem quibus nos
radicibus natum ad salutem huius imperii, C. Marium, summa se-
nectute, cum vi prope iustorum armorum profugisset, primo senile
corpus paludibus occultasse demersum, deinde ad infimorum ac
tenuissimorum hominum Minturnensium misericordiam confugisse;
inde navigio perparvo, cum omnis portus terrasque fugeret, in oras
Africae desertissimas pervenisse. atque ille vitam suam, ne inul-
tus esset, ad incertissimam spem et ad rei publicae periculum re-
servavit: ego, qui, quem ad modum multi in senatu me absente
dixerunt, periculo rei publicae vivebam, quique ob eam causam
consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus com-
mendabar, nonne, si meam vitam deseruissem, rem publicam pro-
didissem? in qua quidem nunc me restituito vivit mecum simul
23 exemplum fidei publicae; quod si immortale retinetur, quis non
51 intellegit immortalem hanc civitatem futuram? nam externa bella
regum, gentium, nationum iam pridem ita extincta sunt, ut prae-
clare cum eis agamus, quos pacatos esse patiamur. denique ex
bellica victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta:
domesticis malis et audacium civium consiliis saepe est resistendum
eorumque periculatorum est in re publica retinenda medicina; quam
omnem, iudices, perdidissetis, si meo interitu senatui populoque
Romano doloris sui de me declarandi potestas esset erepta. qua
re moneo vos, adulescentes, atque hoc meo iure praecipio, qui
dignitatem, qui rem publicam, qui gloriam spectatis, ne, si quae

sententia. *hunc — illam*, bloss rhetorischer Gegensatz. *labefactari*, § 28.

50. *ex isdem — imperii*, pro Sulla 23: ex eo municipio, unde iterum iam salus huic urbi imperioque missa est. *prope — armorum*, zwar von der Optimatenpartei geführt, aber im Bürgerkriege, de prov. 5: bellum nobis prope iustum intulerunt von den Barbaren gesagt. *Minturnensium*, in Pis. 43. *periculum*, anstatt des handschriftlichen ratum. fatum oder, woran man denken könnte, interitum würde zu hart für Marius sein. Mit Absicht ist dasselbe Wort gleich darauf in anderem Sinne gebraucht. *qui — periculo reipubl. vivebam*, cuius vita servata continebat salutem reipublicae, epp. ad fam. 7, 2, 3. *consularibus litteris*, des P. Lentulus Spinther, Consul 57. *fidei — pu-*

blicae = fidei a republica servatae. quis non intellegit. Der Hauptsatz eingeschaltet zwischen zwei Nebensätze verschiedener Grade, a: A | a, ähnlich der Einschaltung in einem einzigen Nebensatz § 33: qua una rogatione quis est qui non intellegat universam rempublicam esse deletam.

23, 51. *nam externa* u. s. w. Aehnlicher Gedanke 2 Cat. 11: nulla est enim natio quam pertimescamus, . . . omnia sunt externa unius virtute terra marique pacata . . . domesticum bellum manet. *regum, gentium, nationum*, § 67: qui maximas nationes, qui reges, qui gentis feras atque inauditas . . . domuisset. *ut praecclare — agamus*, sonst nur passivisch, in Verr. 1, 9: praecclare nobiscum actum iri; Lael. 11: cum illo vero quis neget, actum esse praecclare. *denique*, § 30.

vos aliquando necessitas ad rem publicam contra improbos civis defendendam vocabit, segniores sitis et recordatione mei casus a consiliis fortibus refugiat. primum non est periculum ne quis 52
unquam incidat in eius modi consules, praesertim si erit eis id, quod debetur, persolutum; deinde numquam iam, ut spero, quisquam improbus consilio et auxilio honorum se oppugnare rem publicam dicet illis tacentibus, nec armati exercitus terrorem opponet togatis; neque erit iusta causa ad portas sedenti imperatori, qua re suum terrorem falso iactari opponique patiatur; numquam etiam erit tam oppressus senatus, ut ei ne supplicandi quidem ac lugendi sit potestas, tam captus equester ordo, ut equites Romani a consule relegentur. quae cum omnia atque etiam multo alia maiora, quae consulto praetereo, accidissent, videtis me tamen in meam pristinam dignitatem brevi tempore doloris interiecto rei publicae voce esse revocatum.

Sed ut revertar ad illud, quod mihi in hac omni est oratione 24
propositum, omnibus malis illo anno scelere consulum rem publi- 53
cam esse confectam, primum illo ipso die, qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctuosus, cum ego me e complexu patriae conspectuque vestro eripuissem et metu vestri periculi, non mei, furori hominis, sceleri, perfidiae, telis minisque cessissem patriamque, quae mihi erat carissima, propter ipsius patriae caritatem reliquissem, cum meum illum casum tam horribilem, tam gravem, tam repentinum non solum homines, sed tecta urbis ac templa lugerent, nemo vestrum forum, nemo curiam, nemo lucem aspicere vellet — illo, inquam, ipso die, die dico? immo hora atque etiam puncto temporis eodem mihi reique publicae pernicies, Gabinio et Pisoni provincia rogata est. pro dei immortales, custodes et conservatores huius urbis atque imperii! quatenam illa in re publica monstra,

52. *si erit — persolutum*, in Pis. 93: se quae deberentur postero die persoluturum; pro Sulla 87: persolvi patriae quod debui. *illis tacentibus*, c. XVIII, § 40. *sedenti*, wie eine drohende Wolke, Liv. 22, 30: tandem eam nubem quae sidere in iugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse. *falso — opponique*, § 42. *nunquam etiam* statt des handschriftlichen enim (§ 45). Das dritte Glied zu den beiden vorhergehenden primum non est periculum: deinde nunquam iam, ut spero kann nicht durch enim eingeleitet werden. *brevi — interiecto*, de prov. 43: medium illud tristissimum tempus.

24, 53. *omnibus malis*, § 39:

omnes necessitudines; § 55: omnium remediorum. *cum ego — eripuissem*, pro Planc. 97: urbem . . . quae se vellet potius excindi quam e suo complexu ut eriperer facile pateretur. *telis minisque*, wie sonst vis et minae zusammensteht. *patriamque — reliquissem*, anders als Metellus nach der Darstellung Ciceros § 37. *die, die dico? immo hora*, gewöhnlich findet sich in dieser retractatio nur immo ohne dico, § 110; wie hier pro Mil. 76; § 55 tacentibus dicam? steht das Futurum, weil das Wort nicht wiederholt, sondern gleich beim ersten Aussprechen bemängelt wird. *mihi — rogata est*, § 25. *pro dei imm. — vidistis*. Ov. met. 13, 70: aspiciunt oculis superi

quae scelera vidistis! civis erat expulsus is, qui rem publicam ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat, et expulsus non alio aliquo, sed eo ipso crimine; erat autem expulsus sine iudicio, vi, lapidibus, ferro, servitio denique concitato; lex erat lata vasto ac relicto foro et sicariis servisque tradito et ea lex, quae ut ne ferretur, senatus fuerat veste mutata. hac tanta perturbatione civitatis ne noctem quidem consules inter meum *interitum* et suam praedam interesse passi sunt; statim me percusso ad meum sanguinem hauriendum et spirante etiam re publica ad eius spolia detrahenda advolaverunt. omitto gratulationes, epulas, partitionem aerarii, beneficia, spem, promissa, praedam, laetitiam paucorum in luctu omnium: vexabatur uxor mea; liberi ad necem quaerebantur; gener et Piso gener a Pisonis consulis pedibus supplex reiciebatur; bona diripiebantur eaque ad consules deferebantur; domus ardebat in Palatio; consules epulabantur. quod si meis incommodis laetabantur, urbis tamen periculo commoverentur.

25 Sed ut a mea causa iam recedam, reliquas illius anni pestis recordamini: — sic enim facillime perspicietis quantam vim omnium remediorum a magistratibus proximis res publica desiderarit — legum multitudinem, cum earum, quae latae sunt, tum vero quae promulgatae fuerunt. nam latae quidem sunt consulibus illis, tacentibus dicam? immo vero etiam approbantibus, ut censoria notio et gravissimum iudicium sanctissimi magistratus de re publica tolleretur, ut conlegia non modo illa vetera contra senatus con-

mortalia iustis. *civis erat expulsus . . . et expulsus*, § 78: victa igitur est causa reipublicae et victa non auspiciis u. s. w. *alio aliquo*, § 125 aliusne est aliquis improbis civibus peculiaris populus?

54. *ne noctem quidem — passi sunt*, 1 Cat. 4: decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret ne quid reipublica detrimenti caperet; nox nulla intercessit, interfectus est propter quasdam seditionum supitiones C. Gracchus. *advolaverunt*, § 109: causa . . . in qua furiae concitatae tanquam ad funus reipublicae convolant. *partitionem aerarii*, § 24: foedus fecerunt ut . . . acciperent . . . pecuniam quantam velent. *spem, promissa*, § 34: pluris etiam spe et promissis tenebat. *paucorum*, § 67: non est passus . . . reipublicam everti scelere paucorum. *vexabatur uxor mea*, epp. ad fam. 14, 2. *consules epulabantur* tritt in schneidender

Schärfe als Gegensatz zu den vorhergehenden Gliedern an's Ende der Periode.

25, 55. *sed — recedam*, Tusc. disp. 5, 76: sint enim tria genera bonorum, ut iam a laqueis Stoicorum . . . recedamus. *pestis*, 'verderbliche Anschläge' *proximis* = proximi anni. *quae promulgatae fuerunt*, nicht sunt, da bezeichnet werden soll, dass die Gesetze zwar eine Zeitlang öffentlich angeschlagen waren, aber nicht zum Vortrag kamen; pro Sulla, 65: lex dies fuit proposita paucos. *nam latae quidem sunt*, die bloss promulgirten Gesetze werden erst § 66 kurz erwähnt, wo auch die nach legum multitudinem noch erwarteten Glieder ihre Stelle finden. *ut censoria notio tolleretur*, Die censorische Rüge sollte nur die treffen, welche vor den Censoren angeklagt und durch ihren übereinstimmenden Spruch ver-

sultum restituerentur, sed *ab* uno gladiatore innumerabilia alia nova conscriberentur, ut remissis senis et trientibus quinta prope pars vectigalium tolleretur, ut Gabinio pro illa sua Cilicia, quam sibi, si rem publicam prodidisset, pactus erat, Syria daretur, et uni helluoni bis de eadem re deliberandi et rogata *lege contra illam ipsam* legem fieret provinciae commutandae *potestas*. mitto 26 56 eam legem, quae omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, omnis leges, quae sunt de iure et de tempore legum rogandarum, una rogatione delevit; mitto omnem domesticam labem; etiam exterarum nationes illius anni furore conquassatas videbamus: lege tribunicia Matris Magnae Pessinuntius ille sacerdos expulsus et spoliatus sacerdotio est fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro, impuro homini atque indigno illa religione, praesertim cum eam sibi ille non colendi, sed violandi causa appetisset; appellati reges a populo, qui id numquam ne a senatu quidem postulassent; reducti exsules Byzantium condemnati tum, cum indemnati cives e civitate eiciebantur; rex Ptolemaeus, qui si nondum erat ipse a senatu socius 57 appellatus, erat tamen frater eius regis, qui cum esset in eadem

urtheilt waren. *ab uno — innumerabilia*, rhetorischer Gegensatz, wie gleich nachher uni helluoni bis, ebenso § 49: unus bis reipublicam servavi. *ut remissis — trientibus*, 6 1/3 As, für welchen Preis nach der lex Terentia Cassia des Jahres 73 in Erneuerung der lex frumentaria des C. Gracchus 123 dem Volk monatlich fünf Scheffel Getreide für jeden Hausvater vom Staate abgelassen wurde, während der Marktpreis des Scheffels zu Ciceros Zeit 12 As war. *et rogata lege contra illam ipsam legem fieret provinciae commutandae potestas*, unsichere Ergänzung des handschriftlichen et rogata . . . am legem fieret provinciae commutandae. Nach § 25 und 53 war durch einen Volksbeschluss im Widerspruch mit der lex Sempronia, welche durch den Senat den Consuln vor ihrer Wahl die Provinzen anweisen liess, dem Gabinus und Piso die gewünschten Provinzen namentlich zuertheilt. Durch einen neuen Volksbeschluss wurde dem Gabinus Syrien anstatt des vorher zuerkannten Cilicium zu Theil. *potestas* ist an das Ende des Satzes

Koch, Ciceros Rede für P. Sestius.

zu rücken, da hier der Ausfall wahrscheinlicher ist, als nach deliberandi, wo es auch stehn könnte. Die Worte *uni — deliberandi* sind von Cicero ironisch gleichsam als Inhalt des Gesetzes angeführt.

26, 56. *potestatum*, nämlich magistratum, wie § 98 potestates magistratum ebenfalls nach religiones, auspicia. *conquassatas*, § 73 flammam quassatae reipublicae. *lege tribunicia*, nicht einmal durch einen Senatsbeschluss, wie gleich darauf appellati reges a populo qui id nunquam ne a senatu quidem postulassent. *Matris Magnae*, die grosse Göttermutter, oft auch bloss Mater genannt, (Verg. Georg. 4, 64; Ov. fast. 4, 250), die in Pessinus, der Hauptstadt Galatiens unter dem Namen Agdistis verehrt wurde. *religionum*, 'Gottesdienste'. *pecunia*, 'Geldsumme'. *religione*, 'Priesteramt'. *eam*, statt des handschriftlichen ea ist nothwendig, da hier nur eine Beziehung auf das eben vorangehende religione möglich ist. *reducti — Byzantium*, was Cato ausführen musste.

57. *rex Ptolemaeus*, König von Cypern, Bruder des Ptolemaeus

causa, iam erat a senatu socius appellatus, erat eodem genere eisdemque maioribus, eadem vetustate societatis, denique erat rex, si nondum socius, at non hostis, pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani regno paterno atque avito regali otio perfruebatur, de hoc nihil cogitante, nihil suspicante, eisdem operis suffragium ferentibus est rogatum, ut sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus regius praefecti publico subiceretur, et imperante populo Romano, qui etiam bello victis regibus regna reddere consuevit, rex amicus nulla iniuria commemorata, nullis rebus repetitis cum bonis omnibus publicaretur. multa acerba, multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus: tamen illi sceleri, quod in me illorum immanitas edidit, haud scio an recte hoc proximum esse dicamus. Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt; Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is regnaret in ea, condonaverunt. cum Armeniorum rege Tigrane grave bellum nuper ipsi diuturnumque gessimus, cum ille iniuriis in socios nostros inferendis bello prope nos lacessisset; hic et ipse per se vehemens hostis fuit et acerrimum hostem huius imperii Mithridatem pulsum Pontopibus suis regnoque defendit, et ab L. Lucullo, summo viro atque imperatore, pulsus, animo tamen hostili cum reliquis suis copiis in pristina mente mansit: hunc Cn. Pompeius cum in suis castris

Auletes, der dem persönlichen Hasse des Clodius zum Opfer fallen musste. iam erat a senatu socius appellatus, die Lücke in der Handschrift hinter senatu ist wohl durch ein socius appellatus zu ergänzen, da die Lateiner dergleichen Wiederholungen nicht scheuen. Ptolemaeus hatte durch Cäsars Vermittelung 59 lege et senatus consulto die societas erlangt (Caes. de bell. civ. 3, 107). regno paterno atque avito, so auch dte imp. Pomp. § 21: regem spolia um regno patrio atque avito. de hoc — cogitante. Der Anfang der Periode rex Ptolemaeus, qui ist in Folge der vielen Glieder vergessen. ut . . . praefecti publ. subiceretur. Phil. 2, 64: bona inquam Cn. Pompei Magni voci acerbissimae subiecta praefecti, pro Quinct. 49. Hier ist der König Subject, weil er sein Reich vertritt. nullis rebus repetitis, während sonst vor jedem Krieg Gesandte ad res repetendas geschickt wurden (Liv. 1, 22).

27, 58. Antiochum Magnum — magna belli contentione, Paronomasie wie Ov. met. 3, 60: dextraque molarem Sustulit et magnum magno conamine misit; Hor. Sat. 1, 6, 72: magni . . . pueri magnis ex centurionibus orti. Aehnlich auch § 34: omnem omnium potestatem; § 45: multi ex multis locis praedones. intra — Taurum = Tauro tenus, pro Deiot. 36. qua, wie bonis, pecunia mutare. Attalo, hist. Verstoß anstatt Eumenes II., König von Pergamus 197 — 159; dem sein Bruder Attalus II. folgte. Ein gleicher Gedächtnisfehler findet sich de nat. deor. 2, 9, wo Attus Navius ein Zeitgenosse des Tullus Hostilius genannt wird. int. in socios inf., sonst bei inferre gewöhnlich der Dativ. hostis, das in den Handschriften fehlt, ist nach dem sonst in der Luft schwebenden vehemens nothwendig, ebenso § 59: qui et ipse hostis fuit populi Romani et acerrimum hostem in regnum recepit. mansit = perseve-

supplicem abiectum vidisset, erexit atque insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit et certis rebus imperatis regnare iussit, nec minus et sibi et huic imperio gloriosum putavit constitutum a se regem quam constrictum videri: is igitur, qui bellum intulit, qui lacessivit, qui et ipse hostis fuit populi Romani et acerrimum hostem in regnum recepit, qui conflixit, qui signa contulit, qui de imperio paene certavit, regnat hodie et amicitiae nomen ac societatis, quod armis violarat, id precibus est consecutus: ille Cyprius miser, qui semper amicus, semper socius fuit, de quo nulla umquam suspitio durior aut ad senatum aut ad imperatores adlata nostros est, vivus, ut aiunt, est et videns cum victu ac vestitu suo publicatus. en cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, cum hoc illius funesti anni prodito exemplo videant per tribunum aliquem et eius emptas operas se fortunis spoliari et regno omni posse nudari! at etiam eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt, ignari quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quae in tempestate saeva quietata est et lucet in tenebris et pulsa loco manet tamen atque exsul haeret in patria splendetque per sese semper neque alienis umquam sordibus obsolescit. non illi ornandum M. Catonem, sed relegandum, nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putaverunt, qui in contione palam dixerint linguam

ravit. supplicem abiectum, pro Mil. 100: ego me plurimis pro te supplicem abieci. certis rebus imperatis. Er musste einen Theil von Syrien und Kappadocien abtreten, ebenso Phoenicien und Sophene, welches letztere sein Sohn erhielt. constitutum — constrictum, etwa 'auf den Thron gesetzt — in den Block gelegt'.

59. is igitur, qui bellum intulit, qui lacessivit, unsichere Ergänzung anstatt des handschriftlichen tulit, gessit. is igitur scheint nothwendig, da das von Tigranes Ausgesagte wieder aufgenommen und zusammengefasst wird. Die Pronomina fehlen bei bellum intulit und lacessivit wie im Folgenden bei qui conflixit, qui signa contulit, qui de imperio paene certavit, 'der es beinahe wagte den Römern die Weltherrschaft streitig zu machen'. suspitio durior, wie epp. ad fam. 12, 25a, 7: de Cn. Minucio . . . rumores duriores erant. vivus — vestitu, sprüchwörtlich, pro Quinct. 49 und 50.

en cur, in Verr. 1, 93: en cui tuos liberos committas; 5, 124: en quod Tyndaritani libenter praedicent. hoc prodito exemplo, sonst auch edere exemplum, wie hier pro Flacco 25: in hoc ego reo ne quod perniciosum exemplum prodatur pertimescam. et eius emptas operas, nach Conjectur anstatt des handschriftlichen et sescentas operas, da sescenti eine grosse Anzahl bezeichnet, hier dagegen offenbar mit Verachtung von dem kleinen Haufen der Clodianer gesprochen wird, der es wagte an der Stelle des Volkes solche Beschlüsse zu fassen.

28, 60. et pulsa loco, loco pelli von Soldaten und Gladiatoren, ähnlich de gradu deiici. exsul. Die Einschlebung dieses Wortes ist nothwendig, weil loco pelli allein nicht soviel als patria depelli sein kann; dies zeigt auch 2 Cat. 1: loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. splendetque — semper, de off. 1, 30: aequitas enim lucet ipsa per se. linguam se

se evellisse M. Catoni, quae semper contra extraordinarias potestates libera fuisset. sentient, ut spero, brevi tempore manere libertatem illam, atque hoc etiam, si fieri potuerit, esse maiorem, quod cum consulibus illis M. Cato, etiam cum iam desperasset, aliquid auctoritate sua profici posse, tamen voce ipsa ac dolore pugnavit, et post meum discessum eis Pisonem verbis flens meum et rei publicae casum vexavit, ut illum hominem perditissimum atque impudentis-⁶¹ simum paene iam provinciae paeniteret. cur igitur rogationi paruit? quasi vero ille non in alias quoque leges, quas iniuste rogatas putaret, iam ante iuraverit! non offert se ille istis temeritatibus, ut, cum rei publicae nihil prosit, se civi rem publicam privet. consule me cum esset designatus tribunus plebis, obtulit in discrimen vitam suam; dixit eam sententiam, cuius invidiam capitis periculo sibi praestandam videbat; dixit vehementer; egit acriter; ea, quae sensit, prae se tulit; dux, auctor, actor rerum illarum fuit, non quo periculum suum non videret, sed in tanta rei publicae tempestate nihil sibi nisi de patriae periculis cogitandum putabat. consecutus²⁹ est ipsius tribunatus. quid ego de singulari magnitudine animi eius ac de incredibili virtute dicam? meministis illum diem, cum templo a conlega occupato, nobis omnibus de vita eius viri et civis timentibus, ipse animo firmissimo venit in templum et clamorem

evellisse, ähnlich pro Flacco 22: convicit et elinguen reddidit. *contra extraordinarias potestates*, wie gegen die vom Volkstribunen Metellus Nepos beantragte Zurückberufung des Pompejus mit seinem Heer, die Uebertragung Gallicus an Caesar u. s. w. *sentient* — *tempore*, nämlich nach seiner Rückkehr. *flens*, § 26. *meum et rei publ. casum*, § 33; 42.

61. *non offert se*, 'er setzt sich nicht aus', de off. 1. 83: fugiendum illud etiam ne offeramus nos periculis sine causa; in Pis. 21: his tempestatibus unum me pro omnium salute obtuli. *temeritatibus*, 'dem verwegenen Treiben', nämlich seiner Gegner. *se civi*, 'eines Bürgers wie er'. *praestandam*, § 38, 43. *dux, auctor, actor*, 'Führer, Vertreter, Verfechter', Caes. de bell. civ. 1, 26: illo auctore atque agente. *sed*, anstatt sed quod, epp. ad Att. 16, 15, 5; Acad. 2, 37; ad Att. 4, 15, 7; in Verr. 3, 39; ad Att. 3, 15, 4; pro Flacco 9. *nihil* — *cogitandum putabat*, pro Sulla 66: ut... nihil postea nisi de reipublicae commodis

cogitarit; 1 Cat. 17; ähnlich § 74: sed tamen actum nihil nisi de me.

29, 62. *meministis illum diem*, als im Jahre 62 der Mittribun des Cato, Q. Metellus Nepos, den Antrag auf Zurückberufung des Pompejus stellte. *templo*. Wenn gleich Plut. Cato c. 28 berichtet, dass der Tempel des Castor vom Metellus besetzt war, scheint doch hier die Rostra als locus inauguratus verstanden werden zu müssen, da sonst die genauere Bezeichnung templum Castoris gebraucht sein würde, wie § 34 und 79. Es spricht dafür auch § 75 und 78, wo templum nichts Anderes, als die Rostra sein kann. Auch § 90 wird demnach die Rostra mit den Worten in templo bezeichnet sein. *venit in templum*, nach dem vorhergehenden templo a conlega occupato wie pro Mur. 52: quod homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina sciebam, descendi in campum, wo man das zweite campum mit Unrecht verdächtigt hat. *clamorem hom. impr.*, diese Stellung ist dem improborum, das die

hominum improborum auctoritate, impetum virtute sedavit. adiit tum periculum, sed adiit ob eam causam, quae quanta fuerit iam mihi dicere non est necesse: at si isti Cypriae rogationi sceleratissimae non paruisset, haereret illa nihilo minus rei publicae turpitudine; regno enim iam publicato de ipso Catone erat nominatim rogatum; quod ille si repudiasset, dubitatis quin ei vis esset adlata, cum omnia acta illius anni per unum illum labefactari viderentur? atque etiam hoc videbat: quoniam illa in re publica macula regni⁶³ publicati maneret, quam nemo iam posset eluere, quod ex malis illis boni posset in rem publicam pervenire, id utilius esse per se conservari quam *dissipari* per alios. atque ille etiam si alia quam vi expelleretur illis temporibus ex hac urbe, facile pateretur: etenim qui superiore anno senatu caruisset, quo si tum veniret, me tamen socium suorum in re publica consiliorum videre posset, is aequo animo tum me expulso et meo nomine cum universo senatu, tum sententia sua condemnata in hac urbe esse posset? ille vero eidem tempori cui nos, eiusdem furori, eisdem consulibus, eisdem minis, insidiis, periculis cessit. luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem. his de tot tantisque iniuriis in³⁰ socios, in reges, in civitates liberas consulum querella esse debuit; in cuius magistratus tutela reges atque exterae nationes semper

Handschriften hinter impetum haben, anzuweisen. Das Geschrei und der Angriff gingen von denselben aus, zur Beschwichtigung des ersten genügte die auctoritas, der Angriff wurde durch die virtus zurückgewiesen, § 85: omnia hominum cum egestate tum audacia perditorum clamore, concursu, vi, manu gerebantur. *quanta* = *quam iusta*, *non est necesse*. Die weitere Erörterung unterlässt er, um nicht bei Pompejus anzustossen. *haereret* = *adhaereret*, pro Rosc. com. 17: potest hoc homini huic haerere peccatum? *quod*, als ob vor rogatum ein illud stände, wie § 73: ut etiamsi iure esset rogatum, tamen vim habere non posset; dagegen de prov. 45: nam si illud iure rogatum dicere ausi sunt.

63. *quod ex malis illis boni* — *pervenire*, Phil. 2, 117: ex plurimis malis quae ab illo reipublicae sunt iniusta hoc tamen boni existit. Da auch hier bestimmte mala gemeint sind, musste nach malis illis eingeschoben werden. *dis-*

sipari, ist vor per einzuschieben. Weil Cato wusste, dass Andere den an sich ungerechten Gewinn von Cyprien nicht einmal dem Staat, sondern ihrer eigenen Habsucht zu Gute kommen lassen würden, unterzog er sich dem Auftrag. *quo si tum veniret*. Es ist lateinischer Sprachgebrauch das Relativum an das abhängige Verbum anstatt an das Hauptverbum des Relativsatzes anzuschliessen. *meo nomine*, 'in meiner Person'. *sententia sua*, in Pis. 64: sententiam senatoriam; Brut. 112.

30, 64. *in civ. lib.*, wie Byzanz war. *in cuius* anstatt des handschriftlichen in eius, da sich offenbar dieser Satz eng an den vorigen anschliessen muss, wenn nicht der mit *ecquae* u. s. w. eintretende Gegensatz seine Kraft völlig einbüßen soll. Uebrigens wird hier den Consuln als Vorsitzenden des Senats beigelegt, was sonst diesem zukommt, der z. B. pro Milone 70 *ara sociorum*, *portus omnium gentium* genannt wird; de off. 2, 26: *regum, populorum, na-*

fuerunt: ecquae vox umquam est audita consulum? quamquam quis audiret, si maxime queri vellent? de Cyprio rege quererentur, qui me civem nullo meo crimine, patriae nomine laborantem non modo stantem non defenderant, sed ne iacentem quidem protexerant? cesseram, si alienam a me plebem fuisse voltis, quae non fuit, invidiae; si commoveri omnia videbantur, temporis; si vis suberat, armis; si societas magistratuum, pactioni; si periculum civium, rei publicae. cur, cum de capite civis — non disputo cuius modi civis — et de bonis proscripseretur, cum et sacratis legibus et XII tabulis sanctum esset, ut ne cui privilegium inrogari liceret neve de capite nisi comitiis centuriatis rogari, nulla vox est audita consulum, constitutumque est illo anno, quantum in illis duabus huius imperii pestibus fuit, iure posse per operas concitatas quemvis civem nominatum tribuni plebis concilio ex civitate exturbari?

65 quae vero promulgata illo anno fuerint, quae promissa multis, quae conscripta, quae sperata, quae cogitata, quid dicam? qui locus orbi terrae iam non erat alicui destinatus? cuius negotii publici cogitari, optari, fingi curatio potuit, quae non esset attributa atque discripta? quod genus imperii aut quae provincia, quae ratio aut flandae aut conflandae pecuniae non reperiebatur? quae regio orave terrarum erat latentior in qua non regnum aliquod statureretur? quis autem rex erat, qui illo anno non aut emendum sibi quod non habebat, aut redimendum quod habebat arbitraretur? quis provinciam, quis pecuniam, quis legationem a senatu petebat? damnatis de vi restitutum, consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti comparabatur.

tionum portus erat et refugium senatus; in Cat. 4, 2: curia, summum auxilium omnium gentium. *quamquam — vellent*, da sie durch das grössere Verbrechen gegen Cicero alles Recht verloren hatten gegen die geringere Beeinträchtigung des Ptolemäus aufzutreten. *sed ne iacentem quidem protexerant*, wie den Leichnam eines im Kampfe Gefallenen. pro Sulla 50: ego iacentem et spoliatum defendo et protego. *quae non fuit*. Wir sagen: was es (das Volk) nicht war.

65. *de capite civis et . . . de bonis* steht als ob lex ferretur folgen sollte; bei proscripseretur müsste der Genetiv stehn. *sacratis legibus*, § 16. *ut ne cui — liceret*, de legg. 3, 44: in privatos homines leges ferri noluerunt; id est enim privilegium, quo quid est iniustus? cum legis haec vis sit ut sit scitum et iussum in omnis. *neve — rogari*, natürlich nicht auf privi-

legium zu beziehen, sondern allgemein, de legg. l. c.: ferri de singulis nisi centuriatis comitiis noluerunt. *descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus plus adhibet ad suffragium consilii quam fusa in tribus convocatus. tribuni plebis concilio*, durch den Klubb eines Volkstribunen im Gegensatz gegen die comitia des ganzen Volks.

66. *quae vero prom.*, siehe § 55. *quid dicam?* § 115: quid ego nunc dicam, quibus viris aut cui generi civium maxime plaudatur? *aut flandae aut confl. pec.*, 'Geld zu schlagen oder zusammenzuschlagen'. *latentior*, anstatt des handschriftlichen *latior*, das nicht für longinquior stehen kann; ebenso ist pro Cluentio, 173 *latentius* in *latius* verderbt. *redimendum quod habebat*, nämlich irgend eine ihm lästige Verpflichtung. *damnatis*

haec gemebant boni, sperabant improbi, agebat tribunus plebis, consules adiuvant.

Hic aliquando, serius quam ipse vellet, Cn. Pompeius, invitissimis eis, qui mentem optimi ac fortissimi viri suis consiliis fictisque terroribus a defensione meae salutis averterant, excitavit illam suam non sopitam, sed suspitione aliqua retardatam consuetudinem rei publicae bene gerendae: non est passus ille vir, qui sceleratissimos civis, qui acerrimos hostis, qui maximas nationes, qui reges, qui gentis feras atque inauditas, qui praedonum infinitam manum, qui etiam servitia virtute victoriaque domuisset, qui omnibus bellis terra marique virtute victoriaque domuisset, qui terminis definisset, rem publicam everti scelere paucorum, quam ipse non solum consiliis, sed etiam sanguine suo saepe servasset: accessit ad causam publicam; restitit auctoritate sua reliquis rebus; questus est de praeteritis: fieri quaedam ad meliorem spem inclinatio visa est. decrevit senatus frequens de nostro reditu Kalendis Iuniis, dissentiente nullo, referente L. Ninnio, cuius in mea causa numquam fides virtusque contremuit. intercessit Ligus iste nescio qui, additamentum inimicorum meorum. res erat et causa nostra eo iam loci, ut erigere oculos et vivere videretur. quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocumque venerat, quod iudicium cumque subierat, damnabatur; inveniebatur nemo qui se suffragium de me tulisse confiteretur. decesserat ex Asia frater meus magno squalore, sed multo etiam

de vi, den 62 verurtheilten Cati-
linariern.

31, 67. *retardatam*, in Pis. 76: cum certi homines non studium eius a me alienassent sed auxilium retardassent. *non est passus ille vir*, ebenso in Pis. 27. *qui sceleratissimos cives*, u. s. w. Nacheinander werden die Siege des Pompejus über Cn. Carbo, Cn. Domitius, Sertorius, Mithridates und Tigranes, die Seeräuber, die Ueberbleibsel der von Crassus besiegten Schaaren angegeben. *virtute victoriaque*, 'durch siegreiche Tapferkeit'. *imperium — definisset*, pro Arch. 23: si res eae quas gessimus orbis terrae regionibus definiuntur. *scelere paucorum*, § 54. *sanguine — serv.*, rhetorische Uebertreibung, da nur von seiner Verwundung in der Schlacht bei Suero im Sertorianischen Kriege berichtet wird. *auctoritate*, es genügte sein Ansehen, das sich auf

keine Amtsgewalt stützte. *reliquis rebus* im Gegensatz zu praeteritis wie § 73 spe reliquae tranquillitatis zu praesentis fluctus. *ad meliorem spem* = ad spem melioris status, § 70.

68. *de nostro reditu*. Dies scheint die ächte Lesart zu sein, da die Pariser Handschrift meo statt nostro von zweiter Hand in Rasur hat. L. Ninnius, § 26. *Ligus iste*, Aelius Ligus. *additamentum*, im verächtlichen Sinne, ebenso griech. *προσθήκη*, *eo loci* = in eo statu. *erigere oculos*, Ov. met. 4, 145: Ad nomen Thisbes oculos iam morte gravatos Pyramus erexit visaque recondidit illa. *qui . . . partem . . . attigisset*, 'der sich gemein gemacht hatte', de domo 50. *iudicium* allgemein von jeder significatio voluntatis populi. *qui — confiteretur*, ebenso § 109. *decesserat*, das officielle Wort für die Rückkehr aus der Provinz. *magno*

maiore maerore: huic ad urbem venienti tota obviam civitas cum lacrimis gemituque processerat; loquebatur liberius senatus; concurrebant equites Romani; Piso ille, gener meus, cui fructum pietatis suae neque ex me neque ex populo Romano ferre licuit, a propinquo suo socerum suum flagitabat; omnia senatus reiciebat, nisi de me primum consules rettulissent. quae cum res iam manibus teneretur et cum consules provinciarum pactione libertatem omnem perdidissent, qui cum in senatu privati ut de me sententias dicerent flagitabant, legem illi se Clodiam timere dicebant; cum hoc non possent iam diutius sustinere, inquit consilium de interitu Cn. Pompeii: quo patefacto ferroque deprehenso ille inclusus domi tam diu fuit quam diu inimicus meus in tribunatu. de meo reditu octo tribuni promulgaverunt: ex quo intellectum est non mihi absentem crevisse amicos, in ea praesertim fortuna, in

squalore — *maerore*, 'mit grosser äusserer, aber noch viel grösserer innerer Trauer'. *obviam* . . . *processerat*, obviam prodire und procedere nicht selten anstatt obviam ire. *concurrerant*, 'es strömten herbei'. *fructum*, 'den Preis'. *neque ex populo Romano*. So ist anstatt des handschriftlichen a populo zu schreiben, da hier ein Gegensatz zwischen ex und a, wobei diese Präpositionen den Ton erhalten müssten, ganz unpassend wäre.

32, 69. *manibus teneretur*, 'da die Sache schon in die Hand genommen war', disp. Tusc. 5, 18: philosophi quaecumque rem habent in manibus in eam quae conveniunt congerunt omnia, Acad. post. 1, 2: sed habeo opus magnum in manibus; de senect. 38: septimus mihi liber Originum est in manibus. *et cum consules* u. s. w. Ueber die Unklarheit dieser Periode ist schwer hinweg zu kommen. Mit cum vor res steht cum vor hoc gleich, während cum vor consules in der Bedeutung 'obgleich' diesem letzteren untergeordnet sein müsste, sich jetzt aber durch et dem ersten cum eng anschliesst; auch die Auskunft, die beiden letzten Sätze mit cum durch 'zwar — aber' in Beziehung zu setzen, muss an der Wiederholung des cum vor hoc scheitern. Geringer wäre der

Anstoss, wenn et consules, cum gelesen würde. *ut . . . dicerent* = ut dicere liceret nach vorhergehender Berichterstattung der Consuln. *illi* steht nach qui um den Gegensatz zu privati zu schärfen. *legem . . . Clodiam*. Sie fürchteten das Gesetz wegen der Klausel, die jeden Antrag auf Zurückberufung des Cicero verbot. *sustinere*, 'aufhalten', § 87. *Cn. Pompeii*, weil dieser durch das Gewicht seines Ansehens ihre Pläne durchkreuzte. *quo patefacto*, am 11ten August wurde im Vorhof des Castortempels, als Pompejus sich in den Senat begab, ein Sklave des Clodius mit einem Dolch ergriffen und eines Mordversuchs gegen Pompejus bezüchtigt. *inclusus fuit*, wie § 55 promulgatae fuerunt. *de meo reditu* — *promulgaverunt*, am 29. Oct., epp. ad Att. 3, 23, 1. Cicero war mit dieser Rogation, die ihm nur Bürgerrecht und Rang wiedergab, nicht sehr zufrieden. *non mihi absentem crevisse amicos*. Wer zu glauben geneigt wäre, dass mein Unglück mir neue Freunde gewonnen habe, den könnte das Beispiel des Aelius Ligus belehren, dass nicht dies der Fall war, sondern die vielfachen Bestrebungen zu meinen Gunsten nur darin ihren Grund hatten, dass durch das Hervortreten des Pompejus meinen alten Freunden ein freier Wirkungskreis eröffnet wurde.

qua non nulli etiam, quos esse putaveram, non erant, sed eos voluntatem semper eandem, libertatem non eandem semper habuisse: nam ex novem tribunis, quos ante habueram, unus me absente defluxit, qui cognomen sibi ex Aeliorum imaginibus adripuit, quo magis generis eius esse quam nationis videretur. hoc igitur anno magistratibus novis designatis, cum omnes boni omnemspem melioris status in eorum fidem convertissent, princeps P. Lentulus auctoritate ac sententia sua, Pisone et Gabinio repugnantibus, causam suscepit tribunisque plebis octo referentibus praestantissimam de me sententiam dixit: qui cum ad gloriam suam atque ad amplissimi beneficii gratiam magis pertinere videret causam illam integram ad suum consulatum reservari, tamen rem talem per alios citius quam per se tardius confici malebat.

Hoc interim tempore P. Sestius, iudices, [designatus] iter ad C. Caesarem pro mea salute suscepit. quid egerit, quantum profecerit, nihil ad causam: equidem existimo, si ille, ut arbitror, aequus nobis fuerit, nihil ab hoc profectum; sin iratior, non multum; sed tamen sedulitatem atque integritatem hominis videtis: [ingredior iam in Sestii tribunatum: nam hoc primum iter designatus rei publicae causa susceptus] pertinere et ad concordiam civium putavit et ad perficiendi facultatem animum Caesaris a causa non

non erant scil. amici, wie § 64 quae non fuit. *defluxit*, 'er verlor sich'. *qui* — *videretur*. Er eignete sich den Namen Aelius Ligus fälschlich zu, damit er, ein Mann Ligurischer Abkunft, nicht der vielfach verachteten Ligurischen Nation, sondern der berühmten Familie der Aelii Ligures anzugehören schien. Die handschriftliche Lesart: quo magis nationis eius quam generis videretur ist falsch, weil der Satz nichts Anderes, als eine Absicht bezeichnen kann.

70. *hoc igitur anno*, 'noch in diesem Jahr also'. *P. Lentulus*, P. Lentulus Spinther, designirter Consul. *auctoritate ac sententia sua*, 'durch das Gewicht seiner Stimme'. *causam*, ohne Zusatz, wie § 71; 87; noch auffallender epp. ad fam. 1, 1, 4: nos in causa auctoritatem eo minore habemus quod tibi debemus. *per alios — tardius*, er wollte lieber, dass die Sache schneller, wenn auch durch Andere, geschähe, als dass sie verzögert werde, um ihm selbst vorbehalten zu bleiben.

33, 71. *designatus* ist als unnötig zu streichen, da es wenigstens designatus tribunus hätte heissen müssen. *quid egerit* u. s. w. Cicero verhüllt durch eine im Grunde sich widersprechende Alternative, dass Sestius beim Caesar wenig ausrichtete. *nihil ad causam* scil. pertinet, ebenso nihil ad rem. *ingredior* — *suscepit*. Diese Worte sind zu streichen; *ingredior* — *tribunatum*, weil diese Zeitbestimmung falsch ist, wenigstens aber zu Anfang des Kapitels hätte stehen müssen. Die Auskunft, dass der Redner damit auf § 16 zurückgreifen wollte, nimmt etwas Unglaubliches an. In den folgenden Worten ist primum unerträglich, als ob das Tribunat des Sestius vornehmlich in Reisen aufgegangen wäre; ausserdem wird pertinere u. s. w. von dem Satze, zu dem es gehört: sed — videtis losgerissen. Darin, dass dem Sestius die concordia civium am Herzen lag, zeigte sich seine integritas; dass er sich die perficiendi facultas zu sichern

abhorrere. abiit ille annus: respirasse homines videbantur nondum re, sed spe re publica recuperata. exierunt malis omnibus atque execrationibus duo volturii paludati; quibus utinam ipsis evenissent ea, quae tum homines precabantur! neque nos provinciam Macedoniam cum exercitu neque equitatum in Syria et cohortis 72 optimas perdidissemus. ineunt magistratum tribuni plebis, qui omnes se de me promulgaturos confirmarant. ex eis princeps emittitur ab inimicis meis, is, quem homines in luctu inridentes Gracchum vocabant: quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur adrodere; alter vero, non ille Serranus ab aratro, sed ex deserta Gaviorum oliveti area a calatis Gaviis in Calatinos Atilios insitus, subito, nominibus in tabulas relatis, nomen suum de tabula sustulit. veniunt Kalendae Ianuariae: vos haec melius scire potestis, equidem audita dico: quae tum frequentia senatus, quae expectatio populi, qui concursus legatorum ex Italia cuncta, quae virtus, actio, gravitas P. Lentuli consulis fuerit, quae etiam conlegae eius moderatio de me; qui

suchte, seine sedulitas. *abiit ille annus*, 'das Jahr ging zu Ende' Ov. epp. ex Ponto 3, 4, 60: Dum venit huc rumor . . . annus abisse potest. *homines*, § 28. *republica recuperata* ist zu lesen anstatt des handschriftlichen reipublicae recuperandae, da re nicht mit respirasse verbunden werden kann, ausserdem aber dieser Ablativ gewöhnlich nur ein einfaches spe, verbo, nomine oder ein ähnliches Wort zum Gegensatz hat. *exierunt*, noch vor dem Amtsantritt des Volkstribunen am 10ten Dec. Während sonst die Consuln für gewöhnlich vor Ablauf ihres Amtsjahrs die Stadt nicht verlassen durften, ist hier, wie in einigen anderen Fällen die Unregelmässigkeit wohl dadurch motivirt, dass ihnen ihr Commando durch einen ausserordentlichen Volksbeschluss übertragen war, in Pis. 31: an cum proficisceremini paludati in provincias vel emptas vel ereptas consules vos quisquam putavit? *volturii*, in Pis. 38. *paludati*, 'im Kriegsmantel', zum Zeichen des übernommenen Commandos.

72. *in luctu inridentes*, in Verr. 4, 95: nunquam tam male est Siculis quia aliquid facete et comode dicant; Phil. 2, 39. *Grac-*

chum, Numerius Quintus Rufus, der zum Spott mit den Gracchen verglichen wurde. *fatum civitatis*, § 17. *ex vepreculis extracta*, in Pis. 18; tu ex tenebricosa popina consul extractus. *adrodere*, Phil. 13, 27: est etiam ibi Decius ab illis, ut opinor, Muribus, itaque Caesaris munera rosit. *alter*, Sex. Atilius Serranus. *ille — ab aratro*, 'der Mann vom Pflug', wohl C. Atilius Regulus, Consul 257 und 250. *ex deserta Gaviorum oliveti area*, nach Conjectur anstatt des handschriftlichen ex deserto Gaviolaeliorea. Aus einem wüsthlichen Beete des Oelgartens der Gavier war jener Mensch den Atiliern eingepflanzt, d. h. aus einer heruntergekommenen Familie des Gavischen Geschlechts hatte er sich in die gens Atilia einzuschleichen gewusst. Die zu einer Arragation nothwendigen comitia calata waren in diesem Fall nur von den Gaviern besucht gewesen. *nominibus — relatis*, nachdem er die Posten der Gelder, durch die er erkaufte, in sein Hausbuch (tabulae accepti et expensi) eingetragen hatte. *equidem audita dico*, § 122: quae tum significatio fuerit omnium . . . equidem audiebam; existimare facilius possunt qui affuerunt. *conlegae eius*, Q. Metel-

cum inimicitias sibi mecum ex rei publicae dissensione susceptas esse dixisset, eas se patribus conscriptis dixit et temporibus rei publicae permissurum. tum princeps rogatus sententiam L. Cotta 34 dixit id, quod dignissimum re publica fuit, nihil de me actum esse 73 iure, nihil more maiorum, nihil legibus; non posse quemquam de civitate tolli sine iudicio; de capite non modo iudicari, sed ne ferri quidem posse nisi comitiis centuriatis; vim fuisse illam, flammam quassatae rei publicae perturbatorumque temporum iure iudiciisque sublatis; magna rerum perturbatione impendente declinasse me paulum et spe reliquae tranquillitatis praesentis fluctus tempestatemque fugisse: qua re, cum absens rem publicam non minus magnis periculis quam quodam tempore praesens liberassem, non restitui me solum, sed etiam ornari a senatu decere. disputavit etiam multa prudenter, ita de me illum amentissimum et profligatissimum hostem pudoris et pudicitiae scripsisse quae scripsisset, eis verbis, rebus, sententiis, ut, etiam si iure esset rogatum, tamen vim habere non posset: qua re me, qui nulla lege abessem, non restitui lege, sed revocari senatus auctoritate oportere. hunc nemo 74 erat quin verissime sentire diceret; sed post eum rogatus Cn. Pompeius approbata laudataque Cottae sententia dixit sese otii mei causa, ut omni populari concitatione defungerer, censere ut ad se-

lus Nepos, Vetter des Clodius. *eas se — permissurum*, de prov. 44: me dolorem atque inimicitias reipublicae concessisse.

34, 73. *L. Cotta*, Consul 65, bekannt durch die lex Aurelia iudiciaria des Jahres 70. *quod dignissimum — fuit*, da durch einen solchen Beschluss den Verfassungsverletzungen des Clodius keine Concessionen gemacht sein würden, vgl. § 87: quid re publica, quid se dignum esset . . . diligentissime cogitabat. *de capite non modo iudicari, sed ne ferri quidem posse nisi comitiis centuriatis*. Nur durch diese Aenderung der handschriftlichen Lesart non modo ferri sed ne iudicari quidem wird die richtige rhetorische Gradation gewonnen, da das wirklich abgegebene Urtheil des Volkes mehr ist als der darauf gestellte Antrag. Uebrigens war ein solches Volksgericht seit der Einrichtung der quaestiones perpetuae rechtlich nur für eine solche causa capituli gültig, für die keine quaestio perp. bestand; factisch aber so gut wie antiquirt. *flammam — rei-*

publicae. Die Flamme, die in dem sturmdurchtobten Gemeinwesen (in illa tempestate reipublicae, pro Sull. 59) wüthete, hatte auch Cicero ergriffen. *perturbatione* statt des handschriftlichen permutatione, wofür es wenigstens heissen müsste commutatione, das aber hier den unpassenden Sinn geben würde: da eine grosse Veränderung (zum Bessern) bevorstand, siehe § 26. *quodam tempore — quodam*, auch § 91. *disputavit — prudenter*, § 14. *scripsisse quae scripsisset*, pro Mil. 45: negat ingratis civibus fecisse se quae fecerit; epp. ad Q. fr. 2, 3, 3; Thuc. 6, 75, 3: ἦσαν γὰρ ὑποπτοὶ αὐτοῖς οἱ Καμαριναῖοι μὴ προθύμως . . . πέμψαι ἃ ἐπέμψαν. *etiam si — rogatum*, § 62. *senatus auctoritate*, durch eine einfache Willenserklärung des Senats, insofern auch ein senatus consultum, ein schriftlich abgefasster, nicht durch tribunicischen Einspruch für ungültig erklärter Senatsbeschluss, auf einer solchen Willenserklärung beruhte.

74. *ut defungerer*, 'damit ich

natus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga me adiungeretur. cum omnes certatim aliusque alio gravius atque ornatius de mea salute dixisset fieretque sine ulla varietate discessio, surrexit, ut scitis, Atilius hic Gavianus, nec ausus est, cum esset emptus, intercedere: noctem sibi ad deliberandum postulavit. clamor senatus, querellae, preces, socer ad pedes abiectus: ille se adfirmare postero die moram nullam esse facturum. creditum est; discessum est: illi interea deliberatori merces longa interposita nocte duplicata est. consecuti dies pauci omnino Ianuario mense per quos senatum haberi liceret; sed tamen actum nihil nisi de me. cum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impeditur, venit tandem concilio de me agendi dies VIII Kalendas Februarias. princeps rogationis, vir mihi amicissimus, Q. Fabricius, templum aliquanto ante lucem occupavit. quietus eo die Sestius, is qui est de vi reus; actor hic defensorque causae meae nihil progreditur, consilia expectat inimicorum meorum. quid illi, quorum consilio P. Sestius in iudicium vocatur, quo se pacto gerunt? cum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis operisque occupavissent, impetum faciunt in Fabricium,

vor allen demokratischen Wählereien sicher wäre', *fieretque — discessio*, als sich bei der, wie immer, durch Auseinandertreten vor sich gehenden Abstimmung einstimmige Annahme des Beschlusses ergab. *Gavianus*, so genannt, als ob er durch förmliche Arrogation, nicht durch Betrug in die gens Atilia übergetreten wäre. *noctem — postulavit*. Er bat sich also nach dieser Darstellung, die etwas abweicht von der ad Att. 4, 2, 4, Bedenkzeit in Betreff eben seines Einspruchs aus. *socer*, Cn. Oppius Cornicinus. *moram — facturum*, § 129: nequis moram ullam afferret. *deliberatori*, die Substantiva auf *tor* drücken häufig eine anhaftende Eigenschaft aus, hier also ironisch: dem Mann der Ueberlegung. *longa*, da er sein Versprechen am folgenden Tage nicht weiter hinderlich sein zu wollen nicht erfüllte, erreichte die ausbedungene Nacht eine merkwürdige Länge. *consecuti — liceret*, da an Comitialtagen, deren eine Anzahl in den Januar fiel, kein Senat gehalten wurde.

35, 75. *princeps rogationis*,

der eigentliche Antragsteller, den seine Mittribunen nur als *subscriptores* unterstützten, de leg. agr. 2, 13: quod et princeps erat agrariae legis et truculentius se gerebat quam ceteri. *templum*, § 62. *aliquanto ante lucem*, wie gleich nachher multa de nocte. *actor hic defensorque*, § 144: P. Sestium . . . publicae causae defensorem, propugnatorem, actorem. *nihil progreditur*, 'thut keinen Schritt', in Vat. 21: nusquam progredientem; epp. ad Att. 2, 1, 4: paulo plus . . . progredi. *quid . . . quo*. Quid deudet in solchen Sätzen nur die Frage an, § 114: quid populares illi duo quid egerunt? § 122: quid illa quemadmodum dixit idem? Cato maior 22: quid iurisconsulti . . . quam multa meminerunt? *comitium*, ein unbedeckter Raum am Forum, ursprünglich für die comitia curiata bestimmt. *curiam*, die curia Hostilia am Comitium. *ac servis operisque*, so ist zu schreiben anstatt *ac servis plerisque*. Die Erklärung 'von denen die meisten Sklaven waren' könnte nur gelten, wenn es hiesse *iisque plerisque servis*; vergl. §§ 59, 65, 106, 127.

manus adferunt, occidunt non nullos, volnerant multos. venientem in forum, virum optimum et constantissimum, M. Cispium, tribunum plebis, vi depellunt; caedem in foro maximam faciunt; universique destructis gladiis et cruentis in omnibus fori partibus fratrem meum, virum optimum, fortissimum meique amantissimum, oculis quaerebant, voce poscebant: quorum ille telis libenter in tanto luctu ac desiderio mei non repugnandi, sed moriendi causa corpus obtulisset suum, nisi suam vitam ad spem mei reditus reservasset. subiit tamen vim illam nefariam consceleratum latronum et, cum ad fratris salutem a populo Romano deprecandam venisset, pulsus e rostris in comitio iacuit seque servorum et libertorum corporibus obtexit vitamque tum suam noctis et fugae praesidio, non iuris iudiciorumque defendit. meministis tum, iudices, corporibus civium Tiberim compleri, cloacas refarciri, e foro spongiis effingi sanguinem, ut omnes tantam illam copiam et tam magnificum apparatus non privatum aut plebeium, sed patricium et praetorium esse arbitrarentur. nihil neque ante hoc tempus neque hoc ipso turbulenti die criminamini Sestium. 'atqui vis in foro versata est.' certe: quando enim maior? lapidationes persaepe vidimus; non ita saepe, sed nimium tamen saepe gladios; caedem vero tantam, tantos acervos corporum exstructos, nisi forte illo Cinnano atque Octaviano die, quis umquam in foro vidit? qua ex concitatione animorum? nam ex pertinacia aut constantia intercessoris oritur saepe seditio, culpa atque improbitate latoris commodo aliquo imperitis aut largitione proposita; oritur ex concertatione magistratum;

76. *destructis gladiis et cruentis*. Die rhetorische Concinnität scheint zu verlangen, dass nach *cruentis manibus*, was vor in omnibus leicht ausfallen konnte, gesetzt werde, vergl. pro Mil. 21: quotiens ego ipse iudices, ex P. Clodii telis et ex cruentis eius manibus effugi; 48: Milo cruentis manibus scelus et facinus prae se ferens. *voce*, hier 'mit Geschrei'. *poscerent*, wie § 46: deposcerent. *subiit tamen*, bezieht sich auf den im vorigen Satz liegenden Gedanken, dass er sich jenem Angriffe zu entziehen suchte. *corporibus obtexit* wie § 145: patriam quam . . . corpore texeram.

77. *ut — arbitrarentur*. Der Ausdruck *magnificus apparatus*, durch den sonst gern die prächtige Ausstattung von Mahlzeiten und Spielen bezeichnet wird, (§. 116: qui ludos apparatusimos magnificentissimosque fecisti) steht hier ab-

sichtlich mit Anspielung auf den Appius Claudius Pulcher, der, Patricier und in diesem Jahr Prätor, die Gladiatoren, die er für Leichenspiele seines Verwandten Marius verwenden wollte, dem Clodius geborgt hatte, siehe § 85; anders die Vorstellung § 78, wo die eigenen Gladiatoren des Clodius erwähnt werden.

36. *nihil — criminamini Sestium*, gedrungene Fügung für nullius facinoris neque ante hoc tempus neque hoc die commissi arguitis Sestium, ähnlich Tusc. disp. 1, 102: Socrates quidem quid senserit apparet in eo libro in quo moritur. *illo — die*, als 87 Cn. Octavius seinen Mitconsul L. Cinnus aus Rom vertrieb. *aut constantia*, 'oder vielmehr der Standhaftigkeit' im Gegensatz zu *pernacia*, wenn die Worte nicht zu streichen sind. *proposita* fehlt in den Handschriften, vergl. § 105: largitio et

oritur sensim ex clamore primum, deinde aliqua discessione contionis; vix, sero et raro ad manus pervenitur: nullo vero verbo facto, nulla contione advocata, nulla *lata lege* concitatam nocturnam seditionem quis audivit? an veri simile est, ut civis Romanus aut homo liber quisquam cum gladio in forum descenderit ante lucem, ne de me ferri pateretur, praeter eos, qui ab illo pestifero ac perditio civi iam pridem rei publicae sanguine saginantur? hic iam de ipso accusatore quaero, qui P. Sestium queritur cum multitudine in tribunatu et cum praesidio magno fuisse, num illo die fuerit? certe non fuit. victa igitur est causa rei publicae et victa non auspiciis, non intercessione, non suffragiis, sed vi, manu, ferro, nam si obnuntiasset [Fabricio] is qui se servasse de caelo diceret, accepisset res publica plagam, sed eam, quam acceptam reddere posset: si intercessisset conlega Fabricio, laesisset rem publicam, sed [rem publicam] iure laesisset: gladiatores tu novicios, pro expectata aedilitate suppositos, cum sicariis e carcere emissis ante

spes commodi propositi; § 86: nullo praemio proposito. de off. 2, 21: largitiones aliquas proponunt; 29: praemiis propositis. *discessione*. Zuerst erhitzen sich die Gemüther, es erhebt sich ein Geschrei, dann rotten sich die Gleichgesinnten zusammen, *nulla contione advocata, nulla lata lege*. Es kam wegen des schon Nachts vorbereiteten Angriffs nicht einmal zur Versammlung, geschweige zum Gesetzvorschlag.

78. *an verisimile est, ut*. Da die Frage hier die Negation vertritt, wird auch durch dieses Beispiel die Regel bestätigt, dass *ut* nach *verisimile est* nur steht, wenn es die Negation bei sich hat. *saginantur*, wie Gladiatoren, *et victa*, § 53 *nam si obnuntiasset — diceret*, wenn ein dazu berechtigter magistratus maior durch die Erklärung, er habe den Himmel beobachtet, die Verhandlungen unterbrochen hätte; Fabricio ist vielleicht aus dem Folgenden hereingekommen. Nach der gewöhnlichen Lesart is, praetor, quise servasse de caelo dixerat würde einmal der praetor qui dixerat einem andern entgegengesetzt; dann aber ist die Annahme einer solchen vor Beginn der Versammlung oder auch vor und unabhängig von der obnuntiatio erfolgten Erklärung den Him-

mel beobachtet zu haben ganz unstatthaft. *reddere* anstatt des handschriftlichen *gemere*, das keine Erklärung zulässt. Aber auch die Conjectur *haud gemere* ist unmöglich, da einen Schlag zu beseufzen unter allen Umständen erlaubt bleibt, abgesehen davon, dass bei dieser, wie bei jeder anderen der versuchten Verbesserungen acceptam ungerechtfertigt ist. Dies erhält erst, wenn *reddere* geschrieben wird, seine Erklärung durch den Gegensatz, vergl. § 122: quibus reddere salutem a quo acceperant non liceret; de off. 1, 48: ea quae utenda acceperis maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus. Den empfangenen Streich konnte der Staat zurückgeben, indem seine Vertheidiger sich gleichfalls des Rechts der obnuntiatio bedienen, wie Solches gleich § 79 vom Sestius berichtet wird. *si intercessisset — Fabricio*. Da die Intercession nur den Volkstribunen zustand, musste, obwohl dieser Satz so allgemein wie der vorige gehalten ist, conlega hinzugesetzt werden; er entspricht dem vorangehenden is — diceret. *republicam* ist falsch, da es den auf iure laesisset ruhenden Nachdruck zerstört. *pro — suppositos*, 'die du anstatt der von dir erwarteten

lucem immittas? magistratus templo deicias? caedem maximam facias? forum purges? et, cum omnia vi et armis egeris, accusas eum, qui se praesidio munierit, non ut te oppugnaret, sed ut vitam suam possset defendere? atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sestius, ut a suis munitus tuto in foro magistratum gereret *et* rem publicam administraret: itaque fretus sanctitate tribunatus, cum se non modo contra vim et ferrum, sed etiam contra verba atque interfationem legibus sacratis esse armatum putaret, venit in templum Castoris, obnuntiavit consuli: cum subito manus illa Clodiana, in caede civium saepe iam victrix, exclamat, incitatur, invadit; inermem atque imparatum tribunalium alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis saeporum et fustibus; a quibus hic multis vulneribus acceptis [ac] debilitato corpore et contrucidato se abiecit exanimatus neque ulla alia re ab se mortem nisi opinione mortis depulit: quem cum iacentem et concisum plurimis vulneribus extremo spiritu exsanguem et confectum viderent, defetigatione magis et errore quam misericordia et modo aliquando caedere destiterunt. *et causam dicit* Sestius de vi? quid ita? quia vivit. at id non sua culpa: plaga una illa extrema defuit, quae si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. accusa Lentidium: non percussit locum; male dic Titio, Sabino homini, Reatino, cur tam temere exclamarit occisum: ipsum vero quid accusas? num defuit gladiis? num repugnavit? num ut gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit? an haec ipsa vis est, non posse emori? an illa, quod tribunus plebis templum cruentavit? an quod esset ablatus primumque respisset, non se ferri iussit? ubi est crimen? quid reprehendis? hic quaero, iudices, si

prächtigen aedilicischen Spiele untergeschoben hast', mit Anspielung auf die in das Jahr der gehaltenen Rede fallende Aedilität des Clodius. *purges* = vacuum reddas, disp. Tusc. 5. 65: immissi cum falcibus multi (famuli Latendorf) purgarunt et aperuerunt locum.

37, 79. *mag. gereret et temp. adm.* Dass das unerträgliche Asyndeton durch Einschlebung eines et, das nach gereret leicht ausfallen konnte, zu beseitigen ist, zeigt in Verr. 1, 34: cognoscite hominis principium magistratum gerendorum et republicae administrandae. *vim et ferrum — verba atque interf.*; der allgemeine Begriff vis und verba wird durch die Zusätze genauer bestimmt. *leg. sacr.* Die leges sacratae sicherten den Volkstribunen auch gegen jede Unter-

brechung. *manus illa Clod.*, wie § 85 exercitu Clodiano. *ac* ist zu streichen, da die beiden Ablativi absolutinicht coordinirt sind, sondern der zweite die Folge des ersten enthält. *opinione mortis*, passivisch = specie mortis, § 82. *modo*, 'aus Mässigung'.

80. *et causam dicit*, § 135, Ausdruck der Indignation, etwas anders § 86. *quid ita?* §. 40. *spiritum exhausisset*, das Subject ist plaga, nicht Sestius, § 48. *locum, τὴν ναυρίων πληγὴν. tam temere*, 'so vor-eilig.' *ut gladiatoribus — solet*, nämlich recipe ferrum, welche kleine Anakoluthe sich leicht entschuldigt; vergl. pro Rosc. Am. 33; Tusc. disp. 2, 41.

38. *templum*, hier natürlich das § 79 genannte templum Castoris. *primumque*, 'und eben.' *ubi est*

si illo die gens ista Clodia quod facere voluit effecisset, si P. Sestius, qui pro occiso relictus est, occisus esset, fuistisne ad arma ituri? fuistisne vos ad patrium illum animum maiorumque virtutem excitaturi? fuistisne aliquando rem publicam a funesto latrone repetituri? an etiam tum quiesceretis, cunctaremini, timeretis, cum rem publicam a facinorosissimis sicariis et a servis esse oppressam atque conculcatam videretis? cuius igitur mortem ulcisceremini, si quidem liberi esse et habere rem publicam cogitaretis, de eius virtute vivi quid vos loqui, quid sentire, quid cogitare, quid iudicare oporteat dubitandum putatis? at vero ipsi illi parricidae, quorum effrenatus furor aliter impunitate diuturna, adeo vim facinoris sui perhorruerunt, ut, si paulo longior opinio mortis Sestii fuisset, Gracchum illum suum transferendi in nos criminis causa occidere cogitarint. sensit rusticulus non incautus — neque enim homines nequam tacere potuerunt — suum sanguinem quaeri ad restinguendam invidiam facinoris Clodiani: mulioniam paenulam adripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat; messoria se corbe contextit: cum quaererent alii Numerium, alii Quintium, gemini nominis errore servatus est. atque hoc scitis omnes, usque adeo hominem in periculo fuisse, quoad scitum est Sestium vivere: quod ni esset patefactum paulo citius quam vellem, non illi quidem morte mercennarii sui transferre potuissent invidiam in quos putabant, sed acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere minuissent.

83 ac si tum P. Sestius, iudices, in templo Castoris animam quam vix retinuit edidisset, non dubito quin, si modo esset in re publica senatus, si maiestas populi Romani revixisset, aliquando statua huic ob rem publicam interfecto in foro statuere; nec vero illorum quisquam, quos a maioribus nostris morte obita positos in illo loco atque in rostris conlocatos videtis, esset P. Sestio aut acerbitate

crimen? quid repr.? pro Font. 1: quid accusas? quid reprehendis?

81. *gens ista Clodia*, im eigentlichen Sinn, wie die Endung des Adj. zeigt, anders manus Clodiana, exercitus Clodianus. *ad arma ituri*, ad arma ire wie ad arma vocare. *ad — excitaturi*, § 11: vestram memoriam ad timoris praeteriti cogitationem excitare. *rem publicam repetituri*, wie ein Gut, auf dessen rechtlichen Besitz man Anspruch hat, mit Hinblick auf die Redensart res repetere. *cuius — eius*, umgekehrt in ganz ähnlicher Satzfügung § 83. *habere rempublicam*, § 44: ut neque victi neque victores rempublicam tenere possemus.

82. *effrenatus furor*, 1 Cat. 1:

effrenata audacia. *transferendi in nos criminis*, sonst auch crimen derivare, pro Mil. 29: dicam enim aperte non derivandi criminis causa sed ut factum est. *cogitarint*, das Perf. Conj. im abhängigen irrealen Bedingungssatz. *cum qua* = qua indutus. *ad comitia* = ad suffragium ineundum. *Numerium*, Numerius war auch ein Gentilname, *errore*, „Missverständnis.“ *in periculo*, wie § 23: in timore, § 32: in luctu. *vivere*, 'sei noch am Leben.' *ad rest. inv.*, dasselbe Bild 1 Cat. 29: te non existimas invidiae incendio conflagraturum.

83. *si — si modo*, § 45. *ob rempublicam interf.*, stehender Ausdruck, Phil. 9, 4. *positos colloca-*

mortis aut animo in rem publicam praeponendus: qui eum causam civis calamitosi, causam amici, causam bene de re publica meriti, causam senatus, causam Italiae, causam rei publicae suscepisset, cumque auspiciis religionique parens obnuntiaret, quod senserat, luce palam a nefariis pestibus in deorum hominumque conspectu esset occisus sanctissimo in templo, sanctissima in causa, sanctissimo in magistratu. eius igitur vitam quisquam spoliandam ornamentis esse dicet, cuius mortem ornandam monumento sempiterno putaretis? 'homines' inquit 'emisti, coegisti, parasti.' quid uti faceret? senatum obsideret? civis indemnatos expelleret? bona diriperet? aedis incenderet? tecta disturbaret? templa deorum immortalium inflammaret? tribunus plebis ferro e rostris expelleret? provincias quas vellet quibus vellet venderet? reges appellaret? rerum capitalium condemnatos in liberas civitates per legatos nostros reduceret? principem civitatis ferro obsessum teneret? haec ut efficere posset, quae fieri nisi armis oppressa re publica nullo modo poterant, idcirco, credo, manum sibi P. Sestius et copias comparavit. 'at nondum erat maturum; nondum res ipsa ad eius modi praesidia viros bonos compellabat.' pulsi nos eramus, non omnino ista manu sola, sed tamen non sine ista: vos taciti maerebatis. captum erat forum [anno superiore], aede Castoris tamquam arce aliqua a fugitivis occupata: silebatur. omnia hominum cum egestate tum audacia perditorum clamore, concursu, vi, manu gerebantur: [perferebatis. magistratus templis pellebantur, alii

tos, Tautologie mit chiasmischer Wortstellung. Gemeint sind vornehmlich die vom Lars Tolumnius getödteten Gesandten, Phil. 9, 4. *causam civis — meriti*, § 29. *quod senserat*, also nichts Erdichtetes. *luce palam*, 'bei hellem lichtem Tage.' *in deorum hominumque consp.*, Phil. 2, 64: dis hominibusque hostis; de rep. 2, 48: tyrannus quo neque taetrius neque foedius nec dis hominibusque invisius animal ullum cogitari potest; epp. ad Q. fr. 2, 4, 1: diis hominibusque plaudentibus; de off. 3, 37: si omnes deos hominesque celare possimus. *cuius mortem*, für quem ob mortem.

39, 84. *quid uti*, die Finalconjunctionen werden im Lateinischen gewöhnlich den fragenden Pronomina vorangestellt, umgekehrt im Griech. *faceret?* Auf die directe an den Angeklagten gerichtete Frage des Anklägers antwortet der Vertheidiger für sei-

Koch, Ciceros Rede für P. Sestius,

nen Klienten; weshalb nicht *facerem?* *templa — infl.*, pro Mil. 73: pro Cael. 78. *efficere — fieri*, § 81: si illo die gens ista Clodia quod facere voluit effecisset. *armis oppressa*, § 86. *nondum maturum*, „noch nicht Zeit.“ *res ipsa*, Verg. Aen. 9, 320: Euryale audendum dextra, nunc ipsa vocat res, in Cat. 2, 6; pro Rosc. Am. 44. *omnino — sed tamen*, § 74: consecuti dies pauci omnino Ianuario mense, per quos senatum haberi liceret, sed tamen actum nihil nisi de me; de fin. 3, 11; in Pis. 82.

85. *anno superiore*. Da auch die Vertreibung Ciceros in dies Jahr fällt, ist nicht abzusehen, warum diese Worte nicht schon zu pulsi eramus hinzugefügt wurden. Wahrscheinlich sind sie zu streichen. *cum egestate tum audacia perditorum*, § 2. *perferebatis*, Catull. 5, 5: sed obstinata mente perfer, obdura. *magistratus — alii*. Wenn alii im zweiten Gliede

omnino aditu ac foro prohibebantur: nemo resistebat. gladiatores ex praetoris comitatu comprehensi, in senatum introducti, confessi, in vincla coniecti a Milone, emissi a Serrano: menti nulla. forum corporibus civium Romanorum constratum caede nocturna: non modo nulla nova quaestio, sed etiam vetera iudicia sublata. tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis iacentem moribundumque vidistis; alterius tribuni plebis, [divini] hominis — dicam enim quod sentio et quod mecum sentiunt omnes, — divini, insigni quadam, inaudita, nova magnitudine animi, gravitate, fide praediti, domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano. et tu hoc loco laudas Milonem et iure laudas: quem enim umquam virum tam immortalis virtute vidimus? qui nullo praemio proposito praeter hoc, quod iam contritum et contemptum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, summos labores, gravissimas contentiones inimicitiasque suscepit? qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse, non verbis, et quid oporteret a praestantibus viris in re publica fieri et quid necesse esset: oportere hominum audaciam, eversorum rei publicae sceleri legibus et iudiciis resistere; si leges non valerent, iudicia non essent, si res publica vi consensuque audacium armis oppressa teneretur, praesidio et copiis defendi vitam et libertatem necesse esse. hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis: et sentire vero et facere perfectae

steht, kann es im ersten wegfallen. *aditu ac foro*, pro Mil. 75: ut so- rorem non modo vestibulo priva- ret, sed omni aditu et limine. *praetoris*, siehe § 77. *menti nulla*. Nachdem in drei Sätzen zwei Glieder sich gleichmässig entsprochen haben, im vierten zweien eins gegenübergetreten ist, bildet hier das eine *menti nulla* mit grossem Nachdruck den Gegensatz zu fünf vorhergehenden. Die Copula fehlt, wie de off. 3, 47: nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. *nova quaestio*, wie später im Process des Milo. *vetera — sublata*, da durch den Einspruch des Serranus jede Untersuchung niedergeschlagen war. *divini* vor hominis ist zu streichen, weil das durch dicam angekündigte nicht schon vorweg genommen werden kann; vergl. § 22, de or. 2, 15.

40, 86. *laudas Milonem*, wohl um den Sestius herabzudrücken und ihn neben dem Milo als unbedeutend erscheinen zu lassen, im Besonderen aber weil Milo sich

nur vertheidigte und erst als alle gesetzlichen Mittel erschöpft waren, zur Gewalt schritt, mit Beziehung auf § 84: at nondum erat maturum. Zurückgewiesen wird dieser zwischen Milo und Sestius gemachte Unterschied § 90. *contritum et contemptum*, Tusc. 5, 85: reliqua ex collatione facile est contere atque contemnere. *re — non verbis*, de leg. agr. 2, 10: largitio . . . quae verbis ostentari potest, re vera fieri nisi exhausto aenario nullo pacto potest; 15: consul re non oratione popularis. *in re publica* gehört zu fieri, pro Plancio 33: multa in republica molienti; Tusc. disp. 4, 52: nescio ecquid ipsi nos fortiter in republica fecerimus. *armis oppr.*, § 84. *et sentire vero et facere*, § 92; Milo et vidit et fecit; de or. 1, 229: neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit et fecit. *perfectae cumulataeque virtutis*, Cato mai. 4: admirari soleo . . . tuam excellentem, M. Cato, perfectamque sapientiam.

cumulataeque virtutis. adiit ad rem publicam [tribunus plebis] Milo, 87 de cuius laude plura dicam, non quo aut ipse haec dici quam existimari malit aut ego hunc laudis fructum praesenti libenter impertiam, praesertim cum verbis consequi non possim, sed quod existimo, si Milonis causam accusatoris voce conlaudatam probaro, vos in hoc crimine parem Sestii causam existimaturos — adiit igitur T. Annius ad causam rei publicae sic, ut civem patriae recuperare vellet ereptum. simplex causa, constans ratio, plena consensionis omnium, plena concordiae. conlegas adiutores habebat; consulis alterius summum studium, alterius animus paene placatus; de praetoribus unus alienus; senatus incredibilis voluntas, equitum Romanorum animi ad causam excitati, erecta Italia: duo soli erant empti ad impediendum, qui si homines despecti et contempti tantam rem sustinere non potuissent, se causam quam susceperat nullo labore peracturum videbat; agebat auctoritate, agebat consilio, agebat per summum ordinem, agebat exemplo bonorum et fortium civium; quid re publica, quid se dignum esset, quis ipse esset, quid sperare, quid maioribus suis reddere deberet diligentissime cogitabat: huic gravitati hominis videbat ille gladiator se, si moribus ageret, parem esse non posse: ad cotidianam caedem, incendia, rapinas se cum exercitu suo contulit; domum oppugnare, itineribus occurrere, vi lacessere et terrere coepit. non movit hominem summa gravitate summaque constantia; sed quamquam dolor animi, innata libertas, prompta excellensque virtus fortissimum virum hortabatur, vi vim oblatam, praesertim saepius, ut frangeret et refutaret; tanta moderatio fuit hominis, tantum consilium, ut contineret dolorem neque eadem se re ulcisceretur qua esset lacessitus, sed illum tot iam in funeribus rei publicae

87. *tribunus pl.* ist unnötig und wahrscheinlich aus der Abkürzung des vorhergehenden rempublicam entstanden. *hunc laudis fructum*, 'diesen Ruhmespreis', d. h. den Preis, der in seinem Ruhme besteht, sonst heisst der Ruhm in anderem Sinne fructus virtutis. *adiit — reipublicae*, hierdurch werden die Worte adiit ad rempublicam wieder aufgenommen. *constans ratio*. Ratio constat heisst 'die Rechnung stimmt', also ist constans ratio ein Verfahren, das keine Widersprüche enthält, mit sich selbst in Uebereinstimmung ist. *alterius animus paene placatus*, § 72. *sustinere*, nicht wie § 69 'aufhalten', sondern 'gewachsen sein', was der Gegensatz von despecti et contempti zu

verlangen scheint. *quid — deberet*, de leg. agr. 2, 1: plerique autem hoc perficiunt, ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur, unde etiam quod posteris solveretur redundaret.

41, 88. *ille gladiator*, § 105: a gladiatore sceleratissimo; pro Mur. 83: ille importunus gladiator. *cum exercitu suo*, § 85. *itineribus*, Abl., Phil. 13, 9: egressus est non viis sed tramitibus paludatus; ad Att. 4, 3, 4: itineribus prope deviiis currebat. *innata libertas*, 'das angeborene Freiheitsgefühl', wie gloria, 'Ruhmsucht', ordo 'Ordnungssinn' und Aehnliches. *vim oblatam* = vim illatam, wie mortem offerre. *in funeribus reipublicae exsultantem*, pro Balbo 58: exsultavit in ruinis

exultantem ac tripudiantem legum, si posset, laqueis constringeret. 89 descendit ad accusandum. quis umquam tam proprie rei publicae causa? nullis inimicitiiis, nullis praemiis, nulla hominum ostentatione aut etiam opinione id eum umquam esse facturum. fracti erant animi hominis: hoc enim accusante pristini illius sui iudicii turpitudinem desperabat. ecce tibi consul, praetor, tribunus plebis nova novi generis edicta proponunt 'ne reus adsit, ne citetur, ne quaeratur, ne mentionem omnino cuiquam iudicum aut iudiciorum facere liceat.' quid ageret vir ad virtutem, dignitatem, gloriam natus vi sceleratorum hominum conroboreta, legibus iudiciisque sublatis? cervices tribunus plebis privato, praestantissimus vir profligatissimo homini daret? an causam susceptam abiiceret? an se domi contineret? et vinci turpe putavit et deterreri et latere. perfecit ut, quoniam sibi in illum legibus uti non liceret, illius vim neque in suo neque in rei publicae periculo pertimesceret. quo modo igitur hoc in genere [praesidii comparati] accusas Sestium, cum idem laudes Milonem? an qui sua tecta defendit, qui ab aris, focus ferrum flammamque depellit, qui sibi licere volt tuto esse in foro, in

nostris. sonst auch mit blossen Ablativ. Vgl. ausserdem Phil 13, 20: Mutinamque illi exultanti tanquam frenos furoris iniecit; pro Sest. § 95: eius furorem exultantem repressit.

89. descendit, 'verstand sich', pro Mur. 60: Catonem descensurum ad accusandum non fuisse. ad accusandum, nach der lex Plautia de vi. aut etiam, 'oder auch nur'. opinione, mit Acc. c. inf. wie spes, promissio. hoc—desperabat. Er verzweifelte bei der Umsicht und Rührigkeit des Milo daran durch Bestechung der Richter zu siegen, wie früher in dem Process wegen der Entweihung des Festes der bona Dea. ecce—tibi, aus der Umgangssprache entlehnt; in Pis. 48: ecce tibi alter... vendidit; de or. 2, 94; de off. 3, 83. so auch wahrscheinlich epp. ad Att. 9, 14, 1: ecce tibi eodem die Capua litteras accepi. consul—proponunt. Der Consul Metellus verbot dem Praetor vor der Erlösung der Richter durch die noch nicht gewählten Quästoren die Klage anzunehmen. Da die Wahl der Aedilen, um welche Würde sich Clodius bewarb, vor die der Quästoren fiel, ein designirter Beamter aber nur de am-

bitu, nicht de vi belangt werden konnte, glaubte man Clodius auf diese Weise zu sichern. consul, praetor, tribunus. Das Edict ging vom Consul Metellus Nepos aus, der aber vom Prätor Appius Claudius und dem Volkstribun Atilius Serranus unterstützt wurde. edicta, rhetorischer Plural wie § 35: alii; § 54: liberi; § 78: magistratus, templa; § 84: civis indemnatos. cervices... daret, pro Roscio. Am. 30: utrum malit cervices Roscio dare. homini, hier in verächtlichem Sinn dem vir gegenübergestellt. abiiceret anstatt des handschriftlichen adffigeret, weil die Glieder cervices—daret, an—abiiceret, an contineret den Verben vinci, deterreri, latere entsprechen; an causam—adffigeret würde heissen: sollte er der Sache einen Stoss, einen tödtlichen Streich geben?

42, 90. praesidii comparati scheint nach hoc in genere, 'in dieser Beziehung' ein überflüssiger Zusatz; sonst würde er als erklärender Genetiv damit zu verbinden sein, wie § 113: in illo genere conductarum contionum. ferum flammamque, im Deutschen gewöhnlich die umgekehrte Ordnung. tuto, Adverbium, § 79. in

templo, in curia, iure praesidium comparat: qui volneribus, quae cernit cotidie toto corpore, monetur ut aliquo praesidio caput et cervices et iugulum ac latera tutetur, hunc de vi accusandum putas? quis enim nostrum, iudices, ignorat ita naturam rerum tulisse, ut 81 quodam tempore homines nondum neque naturali neque civili iure descripto fusi per agros ac dispersi vagarentur tantumque haberent, quantum manu ac viribus per caedem ac volnera aut eripere aut retinere potuissent? qui igitur primi virtute et consilio praestanti exstiterunt, ei perspecto genere humanae docilitatis atque ingenii dissipatos unum in locum congregarunt eosque ex feritate illa ad iustitiam atque ad mansuetudinem transdixerunt. tum res ad communem utilitatem, quas publicas appellamus, tum conventicula hominum, quae postea civitates nominatae sunt, instituerunt, tum domicilia coniuncta, quas urbis dicimus, invento et divino iure et humano moenibus saepserunt. atque inter hanc vitam perpolitam 92 humanitate et illam immanem nihil tam interest quam ius atque vis; horum utro uti nolumus, altero est utendum: vim volumus exstingui: ius valeat necesse est, id est, iudicia, quibus omne ius continetur. iudicia displicent aut nulla sunt: vis dominetur necesse est. hoc vident omnes: Milo et vidit et fecit; [ut ius expe-

templo = in rostris, § 62. caput—latera, pro Mur. 52: etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem sed caput et collum solere petere.

91. naturam rerum, räumlich oder zeitlich, hier im letzteren Sinne, de prov. 43: nonne vobis videor... medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possim evellere ex animo quidem certe excidere? ähnlich rerum ratio de or. 2, 63. quodam tempore, § 73. naturali—civili iure. Derselbe Gegensatz de off. 3, 23: neque vero hoc solum natura, id est iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus res publica continetur eodem modo constitutum est. tantumque haberent quantum—potuissent, Phil. 2, 62: erat evidendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Dieselbe Anschauung bei Hor. sat. 1, 3, 99 ff. und ars poet. 391 ff. qui—transdixerunt, was Verg. Aen. 8, 321 dem Saturn zuschreibt. genere, phraseologisch resp. ad iust. atque ad mansuetudinem, de rep. 2, 27 vom Numa: ad hu-

manitatem adque mansuetudinem revocavit animos hominum. res ad communem utilitatem ist vielleicht zu vertheidigen durch Liv. 44, 7, 12: se... aliarum in usum rerum copiam invenisse; Andere lesen res communem utilitatem continentes. Gemeint sind Heiligthümer, Strassen, Märkte und Aehnliches, de off. 1, 53. instituerunt, das die Handschriften nicht haben, ist hinter nominatae sunt einzuschleichen; Andere schieben ut vor moenibus ein, was aber weder der Zusatz invento bei et divino iure et humano erlaubt, noch der Sinn, nach welchem offenbar die Gründung von Gemeinwesen als der Erbauung von Städten vorangehend gedacht wird.

92. perpolitam, weniger gebräuchlich im übertragenen Sinne polire; ebenso perpurigare anstatt purgare. nihil tam interest, 'bewirkt Nichts so sehr den Unterschied.' utro = utrocunque. aut nulla sunt stärker als § 86. ut ius experiretur, vim depelleret, durch diese Worte, die eng mit fecit zu verbinden wären, würde die rhetorische Concinnität gänzlich zer-

riretur, vim depelleret.] altero uti voluit, ut virtus audaciam vinceret; altero usus necessario est, ne virtus ab audacia vinceretur. eademque ratio fuit Sestii, si minus in accusando — neque enim per omnis fuit idem fieri necesse —, at certe in necessitate defendendae salutis suae praesidioque contra vim et manum comparando. o di immortales! quemnam ostenditis exitum nobis? quam ⁴³ ⁹³ spem rei publicae datis? quotus quisque invenietur tanta virtute vir, qui optimam quamque causam rei publicae amplectatur, qui bonis viris deserviat, qui solidam laudem veramque quaerat? cum sciat duo illa rei publicae paene fata [Gabinium et Pisonem,] alterum haurire cotidie ex paratissimis atque opulentissimis Syriae gazis innumerabile pondus auri; bellum inferre quiescentibus, ut eorum veteres inlibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat; villam aedificare in oculis omnium tantam, tugurium ut iam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus plebis pictam olim in contionibus explicabat, quo fortissimum ac summum civem in invidiam homo castus ac non cupidus ⁹⁴ vocaret; alterum Thracibus ac Dardanis primum pacem maxima pecunia vendidisse, deinde ut illi pecuniam conficere possent, vexandam eis Macedoniam et spoliandam tradidisse, eundemque bona creditorum, civium Romanorum, cum debitoribus Graecis divisisse, cogere pecunias maximas a Dyrrachinis, spoliare Thessalos, certam Achaëis in annos singulos pecuniam imperavisse, neque tamen ullo in publico aut religioso loco signum aut tabulam aut ornamentum reliquisset; eos sic includere, quibus omne supplicium atque omnis iure optimo poena debetur: reos esse hos duos, quos videtis. omitto iam Numerium, Serranum, Aelium, quisquillas seditionis Clodianae; sed tamen hi quoque etiam nunc volitant, ut

stört, ausserdem müsste es heissen vim vi depelleret; sie sind deshalb zu streichen, siehe § 86. *uti voluit*, er wünschte es, war bereit dazu, aber der Wunsch kam nicht zur Ausführung da er an der Anklage gehindert wurde.

43, 93. *o di immortales*, §. 53. *reipublicae*, Genetiv. *paene fata*, de prov. 2: duo reipubl. paene funera. *alterum*, Gabinium. *exparatissimis*. So ist zu schreiben anstatt des handschriftlichen *pacatissimis*. Durch *pacatus* wird Alles bezeichnet, was aus einer wilden Bewegung zur Ruhe und zum Frieden gelangt ist, es heisst daher 'beruhigt', besonders von unterworfenen Provinzen, 'versöhnt' und was sich daran schliesst, mit *gazae* es zu verbinden ist eine Unmöglichkeit; *paratae gazae* sind

Schätze, deren Benutzung gar keine Schwierigkeit macht. *quam-explicabat*, als er durch seine Rogation im Jahr 67 dem Pompejus den Oberbefehl gegen die Seeräuber verschaffte. *fortissimum-civem*, den Lucullus. *castus* = abstinens. *ac non cupidus*, nicht neque, weil non cupidus einen Begriff bildet.

94. *alterum*, Piso. *vexandam-tradidisse*, rhetorische Steigerung der Thatsache, dass die Barbaren für das gezahlte Geld durch Einfälle in Macedonien sich schadlos hielten, deprov. 4. *bona-divisisse*, indem er sich als Richter von den Schuldnern bestechen liess den Gläubigern das Ihrige vorzuenthalten, in Pis. 86. *in annos singulos* für quactannis wie in

videtis, nec, dum vos de vobis aliquid timebitis, illi umquam de ⁴⁴ ⁹⁵ se pertimescent. nam quid ego de aedile ipso loquar, qui etiam diem dixit et accusavit de vi Milonem? neque hic tamen ulla umquam iniuria adducetur, ut eum tali virtute tantaque firmitate animi se in rem publicam fuisse paeniteat: sed qui haec vident adulescentes quonam suas mentis conferent? ille, qui monumenta publica, qui aedis sacras, qui domos inimicorum suorum oppugnavit, excidit, incendit, qui stipatus semper sicariis, saeptus armatis, munitus indicibus fuit, quorum hodie copia redundat, qui et peregrinam manum facinorosorum concitavit et servos ad caedem idoneos emit et [in tribunatu] carcerem totum in forum effudit, volitat aedilis, accusat eum, qui aliqua ex parte eius furorem exultantem repressit: hic, qui se est tutatus sic, ut in privata re deos penatis suos, in re publica iura tribunatus atque auspicia defenderet, accusare eum moderate, a quo ipse nefarie accusatur, per senatus auctoritatem non est situs. nimirum hoc ⁹⁶ illud est, quod de me potissimum tu in accusatione quaesisti, quae esset nostra natio optimatum; sic enim dixisti. rem quaeris praeclearam iuventuti ad discendum nec mihi difficilem ad perdendum, de qua pauca, iudices, dicam, et, ut arbitror, nec ab utilitate eorum, qui audient, nec ab officio vestro nec ab ipsa causa P. Sestii abhorrebit oratio mea.

Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum, qui versari in ⁴⁵

dies singulos für in dies, 1 Cat. 5. *volitant*, § 95: volitat aedilis.

44, 95. *nam — loquar*, § 129: nam quid ego illa de me divina senatus consulta commemorem? *diem dixit*, von der Ankündigung des ersten Termins der Klage de vi vor dem Volke, hier des zweiten Febr. 56, nachdem Clodius den 22. Jan., bis zu welchem Zeitpunkt die aedilicischen Comitien sich verzögert hatten, zum Aedil gewählt war. Der Process des Milo kam producta die erst den 7. Mai zur Verhandlung. *diem dixit — Milonem*, das beim ersten Verbum fehlende Object erscheint beim zweiten in verschiedener Structur. *eum . . . se fuisse*, se könnte fehlen, auch eum, wie pro Mil. 82: est . . . viri fortis ne supplicis quidem moveri ut fortiter fecisse poeniteat. *tantaque firmitate animi* = tam firmo animo. *copia redundat*, Pleonasmus für copia est, § 101: vetera exempla, quorum est copia digna huius im-

perii gloria. *ad caedem idoneos*, wie de off. 2, 36: ad faciendam iniuriam instructos. *in tribunatu*. Diese Worte, die auch von den vorhergehenden Satzgliedern gelten müssten, sind hier eben so falsch, wie anno superiore § 84. *accusat*, weil die Sache des Milo noch schwebte. *auspicia*, da er bei den aedilicischen Comitien am 20. Nov. den Himmel beobachtet hatte. *per senatus auctoritatem*. Der Senat hatte also dem Metellus (§ 89) bei der Verhinderung der Anklage gegen den Clodius zugestimmt (epp. ad. fam. 1, 9, 15) und dadurch die ganze Schwäche der Optimatenpartei offenbart.

96. *hoc illud est*, das ist der Grund von deiner Frage. *natio*, sonst ein einzelner Bestandtheil der gens, hier also ein für sich abgeschlossener Theil des römischen Volkes, „eine Kaste“; vgl. pro Mur. 69 natio candidatorum.

45. *eorum, qui . . . studuerunt*, dagegen § 99: eorum, qui . . . quaerant. *versari in republica*, § 9:

re publica atque in ea se excellentius gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se popularis, alteri optimates et haberi et esse voluerunt. qui ea, quae faciebant quaeque dicebant, multitudini iucunda volebant esse, populares, qui autem ita se gerebant, ut
 97 sua consilia optimo cuique probarent, optimates habebantur. quis ergo iste optimus quisque? numero, si quaeris, innumerabiles; neque enim aliter stare possemus: sunt principes consilii publici, sunt qui eorum sectam sequuntur, sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia, sunt municipales rusticae Romani, sunt negotii gerentes, sunt etiam libertini optimates: numerus, ut dixi, huius generis late et varie diffusus est, sed genus universum, ut tollatur error, brevi circumscribi et definiri potest: omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt nec natura improbi nec furiosi nec malis domesticis impediti; est igitur ut ei sint, quam tu nationem appellasti, qui integri sunt et sani et bene de rebus domesticis constituti. horum qui voluntati, commodis, opibus in gubernanda re publica serviunt, defensores optimatum ipsique optimates gravissimi et clarissimi cives numerantur et principes
 98 civitatis. quid est igitur propositum his rei publicae gubernatoribus quod intueri et quo cursum suum derigere debeant? id quod est praestantissimum maximeque optabile omnibus sanis et bonis

in illa coniuratione versatum. *multitudini* = populo, § 103, 105; ebenso in Cat. 2, 19, wo zu schreiben ist: magnam concordiam in multitudine; in Pis. 7; de rep. 1, 42; de off. 2, 20; 77. *iucunda*, § 140: qui . . . imperitiae aut concitatae multitudini iucundi esse voluerunt; §. 105: multitudini iucundi non erant.

97. *numero* — *innumerabiles*, 'an Zahl unzählige', wohl mit absichtlicher Gesuchtheit des Ausdrucks. Einfacher wäre freilich, zu schreiben numerum si quaeris. *sunt* — *sequuntur*, pro Flacco 104: quotus enim quisque est, qui hanc in republica sectam sequatur? *maximorum* = amplissimorum, es sind die auf den Senat folgenden Stände, (proximi ordines § 137) der Ritterstand und die tribuni aerarum gemeint. *negotii gerentes*, so gewöhnlich, nicht negotia gerentes. *optimates* steht hier ebenso wie gleich nachher omnes optimates sunt für die oben mit den Worten iste optimus quisque (de rep. 1, c. 33) Bezeichneten, also die Optimatenpartei im Allgemeinen, die

conservativ Gesinnten, während die in den Worten *horum* — *serviunt* Genannten die politisch thätigen Vertreter und Leiter der Partei sind. *qui* — *impediti*. Hier wie in den Worten qui — constituti und § 99 qui aut — deflagrare werden dieselben drei Klassen unterschieden, die durch die Worte omnibus sanis et bonis et beatis bezeichnet werden, nur dass sanis et bonis in umgekehrter Reihenfolge stehe; die Worte qui neque nocentes sunt neque natura improbi sind eng zu verbinden. *est igitur ut ei sint*, nachdrückliche Umschreibung. *est igitur* — *appellasti*, „diejenigen also machen die Nation aus, wie du sie genannt hast.“ *qui et* für das handschriftliche et qui, da so die Parallele mit den vorhergehenden Gliedern noch genauer wird. *opibus* für das handschriftliche opinis, de off. 3, 22: illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates copias opes augeamus; opinionibus, was Andere wollen, würde der Würde des Ausdrucks durchaus nicht entsprechen.

et beatis, cum dignitate otium. hoc qui volunt, omnes optimates, qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis putantur; neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita convenit, ut otio non prospiciant, neque ullum amplexari otium quod abhorreat a dignitate. huius autem otiosae dignitatis
 46 haec fundamenta sunt, haec membra, quae tuenda principibus et vel capitis periculo defendenda sunt: religiones, auspicia, potestates magistratum, senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iuris dictio, fides, provinciae, socii, imperii laus, res militaris, aerarium. harum rerum tot atque tantarum esse defen-
 99 sorem et patronum magni animi est, magni ingenii magna-que constantiae: etenim in tanto civium numero magna multitudo est eorum, qui aut propter metum poenae peccatorum suorum conscii novos motus conversionesque rei publicae quaerant, aut qui propter insitum quandam animi furorem discordiis civium ac seditione pascantur, aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malint quam suo deflagrare; qui cum auctores sunt et duces suorum studiorum vitiorumque nacti, in re publica fluctus excitantur, ut vigilandum sit eis, qui sibi gubernacula patriae depoposcerunt, enitendumque omni scientia ac diligentia, ut conservatis eis, quae ego paulo ante fundamenta ac membra esse dixi, tenere cursum possint et capere otii illum portum et dignitatis. hanc ego viam, iudices, si aut asperam atque arduam
 100 aut plenam esse periculorum et insidiarum negem, mentiar, praesertim cum id non modo intellexerim semper, sed etiam praeter ceteros senserim: maioribus praesidiis et copiis oppugnatur res pu-

98. *cum dignitate otium*, epp. ad fam. 1, 9, 21; de or. 1, 1; umgekehrt gleich nachher otiosae dignitatis = dignitatis cum otio. *qui volunt* — *qui efficiunt*, § 81: si illo die gens ista Clodia quod facere voluit effecisset. *amplexari otium*, § 104: plebes . . . otium amplexatur. pro Mur. 83: fortuna constitutum ad amplexandum otium.

46. *fides*, nicht dasselbe wie § 50; *fides publica*, sondern 'der Kredit', de off. 2, 84: nec enim ulla res vehementius rempublicam continet quam fides.

99. *novos motus* für das gewöhnlichere novas res. *motus conversionesque*, wie de nat. deor. 2, 15: aequabilitatem motus conversionumque caeli. *aut qui* — *aut qui* nach dem ersten aut qui durch eine gewisse nachlässige Abundanz des Ausdrucks für das ein-

fache aut. *animi* mit furorem verbunden wie dolor animi § 88; *insitum* steht wie eben daselbst innata libertas. *discordiis civium ac seditione*, §. 104: seditionibus ac discordiis. *pascantur*, 'sich weiden an', in Pis. 45. *auctores* anstatt des handschriftlichen tutores, siehe § 20. *iis, quae* . . . *dixi* für iis fundamentis ac membris quae paulo ante dixi, da das zu einem Demonstrativ gehörende Substantivum sich gern dem Relativsatz anschliesst.

100. *peric. et ins.* anstatt des handschriftlichen peric. aut ins., da periculorum und insidiarum gerade so eng zusammengehören, wie vorher asperam und arduam. *mentiar*, de or. 1, 145: in his enim fere rebus omnis istorum artificum doctrina versatur, quam ego si nihil dicam adiuvere, mentiar.

blica quam defenditur, propterea quod audaces homines et perditu nutu impelluntur et ipsi etiam sponte sua contra rem publicam incitantur; boni nescio quo modo tardiores sunt et principis rerum neglectis ad extremum ipsa denique necessitate excitantur, ita ut non numquam cunctatione ac tarditate, dum otium volunt etiam sine dignitate retinere, [ipsi] utrumque amittant; propugnatores autem rei publicae qui esse voluerunt, si leviores sunt, desciscunt; si timidiores, desunt: permanent illi soli atque omnia rei publicae causa perferunt, qui sunt tales, qualis pater tuus, M. Scaure, fuit, qui a C. Graccho usque ad Q. Varium seditiosis omnibus restitit, quem numquam ulla vis, ulla minae, ulla invidia labefecit, aut qualis Q. Metellus, patruus matris tuae, qui cum florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum, censor notasset cumque insitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset cumque in eam legem, quam non iure rogatam iudicaret, intrare unus noluisset, de civitate maluit quam de sententia demoveri, aut, ut vetera exempla, quorum est copia digna huius imperii gloria, relinquam neve eorum aliquem, qui vivunt, nominem, qualis nuper Q. Catulus fuit, quem neque periculi tempestas neque honoris aura potuit umquam de suo cursu aut spe aut metu demovere. haec imitami, per deos immortalis! qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quaeritis: haec ampla sunt, haec divina, haec immortalia; haec fama celebrantur, monumen-

47, *nutu impelluntur*, 'sic gehorchen dem Wink ihrer Führer', Tusc. disp. 2, 51: *nutu quod volet conficiet nullo labore, nulla molestia. ipsi . . . sponte sua* (gewöhnlicher sua sponte), wie sonst häufig ipse mit per se verbunden wird. *nescio quo modo*, 'leider'. *denique*, gewöhnlicher wäre demum. *ipsi*, durch das vorhergehende ipsi hereingekommen ist zu streichen, da der auf utrumque ruhende Nachdruck sonst zerstört würde, ähnlich wie es § 78 sich mit rempublicam verhält.

101. *qui . . . voluerunt*, 'die es übernommen haben'. *pater tuus*, M. Aemilius Scaurus, Consul 115, Vater des Prätor M. Scaurus, der dem Gerichtshof im Process gegen den Sestius präsidierte.

ad Q. Varium, der als Volkstribun 90 die lex Varia de maiestate gegen diejenigen durchgesetzt hatte, quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent; Cicero nennt ihn de or. 1, 117 einen

vastus homo atque foedus. *labefecit*, häufiger labefactare. *patruus matris tuae*, die Mutter des Prätors Scaurus, Cäcilia Metella war eine Tochter des L. Metellus Dalmaticus, des Bruders des Metellus Numidicus. *florentem—ratione*, 'den mächtigen demokratischen Parteiführer', § 114: qui ita se in populari ratione iactarat. *censor notasset*, er wollte ihn mit dem Glaucus 102 als Censor aus dem Senat stossen. *insitivum Gracchum*, Equitius, ein Freigelassener aus Picenum, der sich für einen Sohn des Tib. Gracchus ausgab. *censu prohibuisset*, 'aus der Bürgerliste gestrichen hatte'. *Q. Catulus*, der Sohn des Besiegers der Cimbern, einer der ehrwürdigsten und geachtetsten Aristokraten † 60. *periculi tempestas*, 'die Drohung der Gefahr'. *honoris aura*, 'die Lockung der Ehre'. *de suo cursu*, wie vorher § 99: tenere cursum.

48, 102. *qui—quaeritis*. Die-

tis annalium mandantur, posteritati propagantur. est labor, non nego; pericula magna, fateor;

multae insidiae sunt bonis

verissime dictum est: sed te

id, quod multi invident, multique expetant, inscitia est, inquit,

postulare, nisi laborem summa cum cura ceferas.

nollem idem alio loco dixisset, quod exciperent improbi cives, 'oderint, dum metuant.'

praeclara enim illa praecepta dederat iuventuti. sed tamen haec 103 via ac ratio rei publicae capessendae olim erat magis pertimescenda, cum multis in rebus multitudinis studium ac populi commodum ab utilitate rei publicae discrepabat. tabellaria lex ab L. Cassio ferebatur; populus libertatem agi putabat suam: dissentiebant principes et in salute optimatum temeritatem multitudinis et tabellae licentiam pertimescebant. agrariam legem Ti. Gracchus ferebat; grata erat populo; fortunae constitui tenuiorum videbantur: nitebantur contra optimates, quod et discordiam excitari videbant, cum locupletes possessionibus diuturnis moverentur, et spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur. frumentariam legem C. Gracchus ferebat; iucunda res plebei; victus enim suppeditabatur large sine labore: repugnabant boni, quod et ab industria plebem ad desidiā avocari putabant et aerarium exhau-

selbe dreifache Steigerung kehrt in den beiden folgenden Sätzen wieder. *posteritati propagantur*, etwas anders Cat. 2, 11: *meus consulatus . . . multa saecula propagavit reipublicae. multae insunt bonis*. Dieser und die folgenden Verse sind aus dem Atreus des Tragikers L. Attius (geb. 170) genommen. *te* allgemein zu fassen, da Atreus die Worte an seine Söhne richtete. *ceferas*, 'zur Erscheinung bringen', ähnlich Il. 3, 7: *καὴν εἶδα προέρονται. quod exciperent*, das Imperf. Conj., weil das Verbum sich dem vorangehenden dixisset anschliesst. *praeclara*, attributiv, § 53: *quaenam illa . . . scelera vidistis; de or. 1, 121: ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim*.

103. *via ac ratio*, Methode, System, wie häufig via ac ratione disputare. *ac populi* anstatt des handschriftlichen ad, nicht aut, da populus und multitudo sich gleich stehn (de or. 3, 196: a multitudine et populo). Derselbe

Fehler war § 100 zu rügen. *tabellaria lex*, wodurch 137 die geheime Abstimmung für die Volksgesetze eingeführt wurde, siehe Lael. 41. *agrariam legem Ti. Gracchus*. So ist zu lesen anstatt agrariam Ti. Gracchus legem, wie es gleich heisst: *frumentariam legem C. Gracchus ferebat. fortunae constitui*, pro Sulla 62: *ut utroque constituisse videatur. videbant, cum*. Das in den Handschriften vor cum stehende et ist vor spoliari zu setzen, da die Zwietracht eben dadurch bewirkt wurde, dass die Reichen aus ihren Besitzungen verdrängt werden sollten, de off. 2, 78: *qui . . . agrariam rem temptant, ut possessores pellantur suis sedibus, aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant, labefactant fundamenta reipublicae, concordiam primum quae esse non potest, cum aliis adimuntur aliis condonantur pecuniae. spoliari—arbitrabantur* wegen der nothwendigen Bestellung der assignirten Ländereien.

49 riri videbatur. multa etiam nostra memoria, quae consulto praetero, fuerunt in ea contentione, ut popularis cupiditas a consilio
 104 principium dissideret. nunc iam nihil est quod populus a delectis principibusque dissentiat, nec flagitat rem ullam neque novarum rerum est cupiditas et otio suo et dignitate optimi cuiusque et universae reipublicae gloria delectatur: itaque homines seditiosi ac turbulenti, quia nulla iam largitione populum Romanum concitare possunt, quod plebes perfuncta gravissimis seditionibus ac discordiis otium amplexatur, conductas habent contiones, neque id agunt, ut ea dicant aut ferant, quae illi velint audire, qui in contentione sunt, sed pretio ac mercede perficiunt, ut quicquid dicant,
 105 id illi velle audire videantur. num vos existimatis Gracchos aut Saturninum aut quemquam illorum veterum, qui populares habebantur, ullum umquam in contione habuisse conductum? nemo habuit; ipsa enim largitio et spes commodi propositi sine mercede ulla multitudinem concitabat. itaque temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graves et honestos homines, sed populi iudiciis atque omni significatione florebant; his in theatro plaudebatur; hi suffragiis quod contenderant consequencebantur; horum homines nomen, orationem, voltum, incessum amabant; qui autem adversabantur ei generi, graves et magni homines habebantur; sed valebant in senatu multum, apud bonos viros plurimum: multitudinē iucundi non erant, suffragiis offendebatur saepe eorum voluntas; plausum vero etiam si quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset pertimescebat: ac tamen, si quae res erat maior, idem ille populus horum auctoritate maxime com-
 50 movebatur. nunc, nisi me fallit, in eo statu civitas est, ut, si
 106 operas conductas removeris, omnes idem de re publica sensuri

49, 104. multa . . . fuerunt in ea contentione = de multis rebus ita contendeatur, wie res in officio, in vitio est. a consilio, von der Besonnenheit im Gegensatz zur cupiditas. iam nihil, § 114 iam non. a delectis principibusque, in Vat. 23: delectos viros et principes civitatis. pretio ac mercede, öfter verbunden, de off. 2, 21.

105. larg. et spes comm. prop., §. 77. illi quidem, vor dem zu einem Verbum oder Adjectivum gehörigen quidem, auf welches sed folgt, pflegt ein pron. dem. eingeschaltet zu werden. honestos = honoratos, pro Mur. 87: nolite . . . cum hac eum qua se honestiorum fore putavit etiam ceteris ante partis honestatibus . . . privare, wie dort zu schreiben. qui autem

— generi, § 114: qui ei generi adversabantur. sed — erant, sed gehört zum zweiten Satz, dem der erste subordinirt gedacht werden muss: sed etiamsi valebant in senatu multum . . . multitudinē iucundi non erant. Leichter würde die Satzfügung sein, wenn sed vor multitudinē stände. plausum — pertimescebant, wie Phocion nach der bekannten Anekdote. idem ille, § 108: eiusdem illius inimici; idem ille, pro Mur. 51; eadem ista 66; ebenso ipsum illum Antonium, pro Sulla 71; dagegen illo ipso die, § 53.

50, 106. nisi me fallit, §. 115: neminem vestrum fallit. operas conductas, wie § 38; contionum conductarum § 113; conductas habent contiones § 104. si . . . remove-

esse videantur; etenim tribus locis significari maxime populi Romani iudicium ac voluntas potest, contione, comitiis, ludorum gladiatorumque consessu. quae contio fuit per hos annos, quae quidem esset non conducta, sed vera, in qua populi Romani consensus perspicere non posset? habitae sunt multae de me a gladiatore sceleratissimo, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer: nemo illum foedum voltum aspicere, nemo furialem vocem bonus audire poterat; erant illae contiones perditorum hominum necessario turbulentae. habuit de eodem me P. Lentulus consul contionem: concursus est populi Romani factus; omnes ordines, tota in illa contione Italia constitit. egit causam summa cum gravitate copiaque dicendi, tanto silentio, tanta approbatione omnium, nihil ut umquam videretur tam populare ad populi Romani auris accidisse. productus est ab eo Cn. Pompeius, qui se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo Romano professus est. [huius oratio et pergravis et grata in contionibus fuit] sic contendendo, numquam neque eloquentia neque iucunditate fuisse maiore. quo silentio sunt auditi de me ceteri principes civitatis! quos idcirco non appello hoc loco, ne mea oratio, si minus de aliquo dixerō, ingrata, si satis de omnibus, infinita esse videatur. cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio contionem! quis non modo approbavit, sed non indignissimum facinus putavit illum non dicam loqui, sed vivere ac spirare? quis fuit qui non eius voce maculari rem publicam seque,

Quoniam utriusque consilii causam, patres conscripti, probatam vobis esse confido, priusquam de re publica dicere incipio, pauca querar de hesternae Antonii iniuria: cui sum amicus, idque me non nullo eius officio debere esse praeter me semper tuli. quid tandem erat causae cur in senatum hesterno die tam acerbe cogere? solusne aberam? an non saepe minus frequentes fuistis? an ea res agebatur, ut etiam aegrotos deferri oporteret? Hannibal, credo, erat ad portas aut de Pyrrhi pace agebatur, ad quam causam etiam Appium illum et caecum et

pulch. facti sui consc., 2, 114 etsi enim satis in in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat; multa querebatur, § 11 pauca querar.

10. L. Pisonis, Schwiegervaters des Cäsar, gegen den Ciceros Rede in Pis. gerichtet ist; debuerat, pro Mur. 51.

nou ut — sed ut, sehr häufig wie non qui — sed qui.

separare, statt des handschriftlichen praestare wegen des vorhergehenden sperabam.

si quid mihi hum. acc., euphemistisch, wie de imp. 59 si quid factum esset.

praeterque fatum, von einem gewaltsamen Tode, an das griechische ὑπέροπον erinnernd.

11. causam . . . prob. vobis esse, § 37 satis erat enim probatum illum esse pop. Rom.

priusquam incipio, § 1 antequam — dicam, der Indicativ ist seltner,

doch z. B. auch pro Mil. 7 sed antequam ad eam orationem venio.

non nullo officio, 'wegen eines nicht geringen Dienstes', weil er ihn nämlich nach der pharsalischen Schlacht unangefochten nach Italien zurückkehren liess.

semper praeter me tuli. Phil. 2, 5 illud ipsum, quod commemoras, semper praeter me tuli.

solusne u. s. w. Drei Gründe werden gegen jene acerbitas angeführt: mit mir fehlten auch Andere, die Versammlung war immer noch zahlreicher, als manche frühere, die zu verhandelnde Sache war nicht von solcher Wichtigkeit.

ad portas, de fin. 4, 22, si Hannibal ad portas venisset.

de Pyrrhi pace, Brut. 55 possumus Appium Claudium suspicari disertum, quia senatum iam iam inclinantem a Pyrrhi pace revocaverit; et caecum et senem, Cato maior 37 Appius . . . et caecus et senex.

12 senem delatum esse memoriae proditum est: de supplicationibus referetur, quo in genere senatores deesse non solent: coguntur enim non pignoribus, sed eorum, de quorum honore agitur, gratia; quod idem fit, cum de triumpho refertur: ita sine cura consules sunt, ut paene liberum sit senatori non adesse, qui cum mihi mos notus esset cumque e via languerem et mihimet displicerem, nisi pro amicitia qui hoc ei diceret. at ille vobis audientibus cum fabris se domum meam venturum esse dixit, nimis iracunde hoc quidem et valde intemperanter: cuius enim maleficii tanta ista poena est, ut dicere in hoc ordine auderet se publicis operis disturbaturum publice ex senatus sententia aedificatam domum? quis autem umquam tanto damno senatorem coëgit? aut quid est ultra pignus aut multam? quod si scisset quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profecto de severitate cogendi. an me censetis, patres conscripti, quod vos 6
13 inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? ut inexpiabiles religiones in rem publicam inducerentur? ut decernerentur supplicationes mortuo? nihil dico cui: fuerit ille Brutus, qui et ipse dominatu regio rem publicam liberavit et ad similem virtutem et simile factum stirpem iam prope in quingentesimum annum propagavit: adduci tamen non possem ut quemquam mortuum coniungerem

12. *de suppl.*, dass zu jedem Dankfest ein Tag zu Ehren Cäsars hinzugefügt werden sollte.

ita, hiervor scheint cum eingeschoben werden zu müssen, da der Satz sonst ganz abgerissen dasteht.

e via, gewöhnlich *de via*, so schon Plaut. Pseud. 661 nam ut lassus veni de via Mé volo curare.

mihimet displicerem, 'verdrisslich war', ad Att. 2, 13, 3 displiceo mihi.

pro amicitia, da ich als sein Freund (§ 11 cui sum amicus) von ihm Berücksichtigung erwarten konnte, Sall. Jug. 9, 2 tibi quidem pro nostra amicitia gratulor.

hoc quidem, quidem schliesst sich gern an Pronomina an, § 16 quis enim id quidem potest? besonders häufig bei Adverbien mit ausgelassenem fecit, wie hier.

tanta ista poena, § 33 tanta ista mutatio.

ex sen. sent., so immer, sonst de alicuius sententia. Das von Clodius zerstörte Haus war wieder aufge-

baut nach der Rückkehr Ciceros aus seiner Verbannung.

quid — multam? 'was giebt es für eine andere Strafe für das Nichterscheinen von Senatoren, als dass sie gefändet werden?'

6, 13. *parentalia*, Todtenopfer, wie sie zum Andenken von Verwandten gewöhnlich waren.

ut — miscerentur, wir würden umgekehrt sagen: ut suppl. cum parent. miscerentur.

in remp. induc., pro Rab. 9 quem hunc morem novorum iudiciorum in rempublicam inducimus? de off. 1, 85 rem perniciosissimam in civitatem inducant.

fuerit ille u. s. w., pro Planc. 60 quid potuit amplius, si L. Brutus esset, qui civitatem dominatu regio liberavit?

propagavit, so propagatio nominis Tusc. 1, 31.

possem, zu denken si ille esset Brutus. Mit dem folgenden Satz ut u. s. w. wird die bedingte Form der Rede verlassen; *immortali-um* = Deorum immortalium.

cum immortalium religione; ut, cuius sepulcrum usquam exstet ubi parentetur, ei publice supplicetur. ego vero eam sententiam dixissem, ut me adversus populum Romanum, si qui accidisset gravior rei publicae casus, si bellum, si morbus, si fames, facile possem defendere; quae partim iam sunt, partim timeo ne impendeant. sed hoc ignoscant di immortales velim et populo Romano, qui id non probat, et huic ordini, qui decrevit invitus, quid? de reliquis rei publicae malis licetne dicere? 14
mibi vero licet et semper licebit dignitatem tueri, mortem contemnere. potestas modo veniendi in hunc locum sit: dicendi periculum non recuso. atque utinam, patres conscripti, Kalendaris Sextilibus adesse potuissem! non quo profici potuerit aliquid, sed ne unus modo consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus re publica inveniretur. qua quidem ex re magnum accipio dolorem, homines amplissimis populi Romani beneficiis usos L. Pisonem ducem optimae sententiae non secutos, idcircone nos populus Romanus consules fecit, ut in altissimo gradu dignitatis locati rem publicam pro nihilo haberemus? non modo voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne voltu quidem adsensus est. quae, malum! est ista voluntaria servitus? fuerit quaedam necessaria; neque ego hoc ab omnibus eis desidero, qui sententiam consulari loco dicunt: alia causa est eorum, quorum silentio ignosco; alia eorum, quorum vocem requiro: quos quidem doleo in suspicionem populo Romano venire non modo metus, quod ipsum esset turpe, sed alium alia

si bellum — fames, vgl. Hor. od. 1, 21, 13. Hic bellum lacrimosum, hic miseram famem, Pestemque a populo et principe Caesare in Persas atque Britannos Vestra motus aget prece.

14. *mortem contemnere*, 'gleichgültig gegen den Tod sein', wie so oft in den Tusculanen.

quod tum accidit, 'wie es damals wirklich geschah'.

beneficiis usos, 2, 5 at beneficio sum tuo usus.

in altissimo gradu dign. loc., 2, 6, gradu, in quo me senatus populusque Romanus conlocavit.

15. *quae malum! est ista vol. serv?* 10, 18 quae malum! est ista ratio semper optimis causis veteranorum nomen opponere?; in Verr. 2, 1, 5; quae malum! est ista tanta audacia atque amentia?; de off. 2, 53 quae te malum! inquit, ratio in istam spem induxit? Die Redensart ist besonders häufig bei Plautus.

fuerit quaedam necessaria, 10, 19 omnis est misera servitus; sed fuerit quaedam necessaria; *quaedam*, nämlich für die Creaturen des Antonius; quibusdam zu lesen ist nicht nöthig.

qui sent. — dicunt, 7, 5 dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco.

quod ipsum esset turpe. Es wird wohl est zu schreiben sein, da nach Ciceros Darstellung der Verdacht ja wirklich vorhanden ist, ausserdem aber auch bei einer blossen Annahme in solchen Zwischensätzen der Indicativ gewöhnlich ist.

alia causa — alia, ähnlich de off. 1, 112 num enim alia in causa M. Cato fuit, alia ceteri?

sed alium u. s. w., abhängig von in suspicionem venire. Mit Absicht werden die eigennützigen Beweggründe, von denen jene Leute sich leiten liessen, nur angedeutet.

7 de causa deesse dignitati suae. qua re primum maximas gratias et ago et habeo Pisoni, qui non quid efficere posset in re publica cogitavit, sed quid facere ipse deberet: deinde a vobis, patres conscripti, peto, ut, etiam si sequi minus audebitis orationem atque auctoritatem meam, benigne me tamen, ut adhuc fecistis, audiatis.

16 Primum igitur acta Caesaris servanda censeo, non quod problem — quis enim id quidem potest? — sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis atque otii. vellem adesset M. Antonius, modo sine advocatis. sed, ut opinor, licet ei minus valere, quod mihi heri per illum non licuit: doceret me vel potius vos, patres conscripti, quem ad modum ipse Caesaris acta defenderet. an in commentariolis et chirographis et libellis se uno auctore prolatis, ne prolatis quidem, sed tantum modo dictis acta Caesaris firma erunt: quae ille in aes incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? equidem existimo nihil tam esse in actis Caesaris quam leges Caesaris. an, si cui quid ille promisit, id erit fixum, quod idem non facere potuit? ut multis multa promissa non fecit: quae tamen multo plura illo mortuo reperta sunt quam a vivo beneficia per omnis annos tributa et data. sed ea non muto, non moveo: summo studio illius praeclara acta defendo. pecunia utinam ad Opis maneret! cruenta illa quidem, sed his temporibus, quoniam eis, quorum est, non redditur, necessaria.

18 quamquam ea quoque sit effusa, si ita in actis fuit. ecquid est

7. *gratias et ago et habeo*, 3, 25 maximas vobis gratias omnes et agere et habere debemus; 10, 1 in umgekehrter Ordnung.

ipse, im Gegensatz zu in re publica.

benigne, § 38; 2, 10; *ut adhuc fecistis*, 2, 47 peto ut . . . ut facitis, attente audiatis.

16. *vellem adesset — doceret me*, 'ich wollte, er wäre da, dann würde er mich belehren', ähnlich 5, 5 qui utinam omnes ante me sententiam rogarentur — facilius contradicerem.

quemadmodum — defenderet, das Tempus erklärt sich durch den Anschluss an doceret, ebenso § 30 dicere . . . qui recte factorum fructus esset.

an — habebuntur? argumentum ex contrariis; *in comm.* — *Caesaris*, 'die in den schriftlichen Aufzeichnungen enthaltenen Verfügungen

Cäsars'; quae ille in aes incidit, § 26 et in aes incidi iubebitis, credo, illa legitima; *perpetuasque leges*, für immer gültige Gesetze im Gegensatz zu vorübergehenden Verfügungen, wie edictum perpetuum und repentinum.

17. *ut multis multa*, in Pis. 71 multa a multis lecta et audita; *promissa non fecit*, de off. 1, 31 facere promissum.

tributa et data, de or. 1, 57 illud tamen oratori tribuam et dabo.

non muto non moveo, de deor. nat. 3, 92 numine deorum omnia fingi, moveri mutarique posse; pro Rab. 28 quod neque moveri neque mutari potest.

cruenta, weil das Blut der von Cäsar besieigten Mitbürger daran klebt, so 2, 93 funestae illius quidem pecuniae.

18. *ecquid est*, der Gegensatz zum

quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in re publica cum potestate imperioque versatus sit, quam lex? quaere acta Gracchi: leges Semproniae proferentur; quaere Sullae: Corneliae. quid? Pompei tertius consulatus in quibus actis constitit? nempe in legibus. de Caesare ipso si quaereres quidnam egisset in urbe et in toga, leges multas responderet se et praeclaras tulisse, chirographa vero aut mutaret aut non daret, aut, si dedisset, non istas res in actis suis duceret. sed haec ipsa concedo; quibusdam etiam in rebus coniveo; in maximis vero rebus, id est legibus, acta Caesaris dissolvi ferendum non puto. quae lex melior, utilior, optima etiam re publica saepius flagitata quam ne praetoriae provinciae plus quam annum neve plus quam biennium consulares obtinerentur? hac lege sublata videntur vobis posse Caesaris acta servari? quid? lege, quae promulgata est de tertia decuria nonne omnes iudiciariae leges Caesaris dissolvuntur? et vos acta Caesaris defenditis, qui leges eius evertitis? nisi forte, si quid memoriae causa rettulit in libellum, id numerabitur in actis et, quamvis iniquum et inutile sit, defendetur: quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Caesaris non habebitur. at quae [est] ista tertia decuria? 'centurionum' inquit. quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante Pompeia, Aurelia non patebat? 'census praefiniebatur', inquit. non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano; itaque viri fortissimi atque honestissimi, qui

Vorhergehenden ist, wie oft, nicht besonders ausgedrückt.

cum pot. imperioque, 2, 53 reliquisque imperiis et potestatibus.

Pomp. tert. cons., im Jahr 52, wo Pompeius die Gesetze de vi, de ambitu und de magistratibus gab; *in quibus act. const.*, 2, 53 causam perniciosissimi belli tua persona constituisse.

chirographa — non daret, wie litteras dare, promissum dare, 'etwas Schriftliches geben'.

dissolvi, wie § 21 legum omnium dissolutio, § 19 leges Caesaris dissolvuntur.

8, 19. *opt. republ.*, de or. 1, 1 in optima republica.

ne — obtinerentur. Dies von Cäsar gegebene Gesetz schaffte Antonius zwar nicht ab, liess aber sich und Dolabella ausnahmsweise eine fünfjährige Dauer der Provinzialverwaltung decretiren.

et vos acta — evertitis? umge-

Cicero Philipp. Reden.

kehrt 5, 7 qui, cuius acta se defendere dicit, eius eas leges pervertit, quas maxime laudare poteramus; et bei der unwilligen Frage, wie hic, vgl. 2, 39; 2, 51.

memoriae causa, wie animi causa, officii causa.

in actis Caesaris. Hier scheint Caesaris ein unächter Zusatz, wie es ja auch vorher nur heisst id numerabitur in actis.

at quae est ista tertia dec. Das est fehlt wohl besser, vgl. 2, 48 quae autem ista domus?, auch vorher quae lex melior?

20. *isti ordini — patebat*. Die lex Aurelia des Prätor L. Aurelius Cotta im Jahr 70 schuf drei Richterdecurien aus Senatoren, Rittern und Aerartribunen; Pompeius setzte 55 einen Census fest; Cäsar beseitigte 46 die Aerartribunen.

non — quidem, 'allerdings, aber nicht allein'. *qui ordines duxerunt*, Bezeichnung der Centurionen, ordo

ordines duxerunt, res et iudicant et iudicaverunt. 'non quaero' inquit 'istos: quicumque ordinem duxit, iudicet.' at si ferretis, quicumque equo meruisset, quod est lautius, nemini probaretis; in iudice enim spectari et fortuna debet et dignitas. 'non quaero' inquit 'ista: addo etiam iudices manipularis ex legione Alaudarum; aliter enim nostri negant posse se salvos esse.' o contumeliosum honorem eis, quos ad iudicandum nec opinantis vocatis! hic enim est legis index, ut ei res in tertia decuria iudicent, qui libere iudicare non audeant: in quo quantus error est, di immortales! eorum, qui istam legem excogitaverunt! ut enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime severitate iudicandi sordis suas eluet laborabitque ut honestis decuriis potius dignus videatur quam in turpem iure coniectus. altera ⁹ promulgata lex est, ut et de vi et maiestatis damnati ad populum ²¹ provocent, si velint. haec utrum tandem lex est an legum omnium dissolutio? quis est enim hodie cuius intersit istam legem ad exitum venire? nemo reus est legibus illis, nemo quem futurum putemus; armis enim gesta numquam profecto in iudicium vocabuntur. 'at res popularis.' utinam quidem aliquid velletis esse populare! omnes enim iam cives de rei

ist hier Zug oder Compagnie. *res iudicant*, 'üben das Richteramt'.

quicumque — meruisset, der Dienst zu Pferde war ehrenvoller, als der zu Fuss, also lautius = honestius.

ex leg. Alaud., eine von Cäsar aus Galliern gebildete Legion.

negant posse se salvos esse, bezieht sich auf den Ruin des Vermögens: 7, 11 postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis novis saluum esse non posse.

o cont. hon., beim Accusativ des Ausrufs fügt Cicero stets o hinzu; *nec opinantis*, so Ciceronianisch, nicht inopinantis.

index = titulus, inscriptio. *ut enim quisque — ita*, sonst wird im zweiten Gliede quisque wiederholt.

9, 21. *ad pop. prov.*, während die provocatio ad populum nach Einrichtung der quaestiones perpetuae aufgehoben war.

de vi bei damnati, wie 2, 4 de vi condemnati; 2, 56 de alea condemnatum.

quis — venire. Von den Cäsariern braucht keiner zu fürchten, wegen Gewalt vor Gericht gezogen zu werden, so dass also ihretwegen jene Bestimmung unnötig war, während freilich gleich nachher quasi vero u. s. w. gesagt wird, dass eben durch die freigegebene provocatio jede Lust zu einer Anklage de vi im Voraus beseitigt werden sollte. Ueberhaupt ist der logische Fortschritt des Gedankens nicht scharf, da *enim* nicht zum Vorhergehenden passt, und diese Worte vielmehr die Erklärung von dem nachher Gesagten geben, dass das Gesetz gratiam nullam habe. *ad exitum venire*. Die Worte ad exitum sind vor venire, das die meisten Handschriften bieten, durch Conjectur eingeschoben. Die andere Lesart manere ist unmöglich, da von einem erst promulgirten Gesetz die Rede ist; vgl. de fin. 1, 54 quodsi ne ipsarum quidem virtutum laus . . . reperire exitum potest.

populare, nämlich im wahren und edlen Sinne.

publicae salute una et mente et voce consentiunt. quae est igitur ista cupiditas legis eius ferendae, quae turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? quid enim turpius quam qui maiestatem populi Romani minuerit per vim, eum damnatum iudicio ad eam ipsam vim reverti, propter quam sit iure damnatus? sed quid plura de lege disputo? quasi vero id agatur ut ²² quisquam provocet: id agitur, id fertur, ne quis omnino unquam istis legibus reus fiat: quis enim aut accusator tam amens reperietur qui reo condemnato obicere se multitudini conductae velit, aut iudex qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercennarias statim protrahatur? non igitur provocatio ista lege datur, sed duae maxime salutare leges quaestionesque tolluntur. quid est aliud hortari adolescentis, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives velint esse? quam autem ad pestem furor tribunicus impelli non poterit his duabus quaestionibus de vi et maiestate sublati? quid, quod obrogatur legibus Caesaris, quae iubent ei, qui de vi, itemque ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici? quibus cum provocatio datur, nonne acta Caesaris rescinduntur? quae quidem ego. patres conscripti, qui illa numquam probavi, tamen ita conservanda concordiae causa arbitratus sum, ut non modo, quas vivus leges Caesar tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem, sed ne illas quidem, quas post mortem Caesaris prolatas ¹⁰ esse et fixas videtis: de exilio reducti a mortuo; civitas data ²⁴ non solum singulis, sed nationibus et provinciis universis a mortuo; immunitatibus infinitis sublata vectigalia a mortuo: ergo haec uno, verum optimo auctore domo prolata defendimus: eas leges, quas ipse nobis inspectantibus recitavit, pronuntiavit, tulit, quibus latis gloriabatur eisque legibus rem publicam contineri putabat, de provinciis, de iudiciis, eas, inquam, Caesaris leges nos, qui defendimus acta Caesaris, evertendas putamus? ac de his tamen legibus, quae promulgatae sunt, saltem queri ²⁵

una mente et voce cons., in Pis. 34 consentienti atque una voce.

quae est igitur ista cup., pro rege Deiot. 32 quae est ista tam impotens . . . inhumanitas?

ad eam ipsam vim, die nothwendig mit einer solchen provocatio verbunden wäre.

22. *operas mercennarias*, wie operae conductae pro Sest. 17.

turbulenti, pro Cacl. 78 civis turbulentus.

furor tribun., pro Planc. 86 tribunicus me terror an consularis furor

movit? *ad pestem*, nämlich rei publicae inferendam.

23. *quibus — datur*, sophistic, da, wenn die provocatio gestattet ist, eben das Urtheil noch keine Rechtskraft erlangt hat, sobald sie angewandt wird.

10, 24. *verum optimo*, kaum richtig, da die Ironie an dieser Stelle den Gegensatz zum Folgenden abschwächt und verdunkelt.

eisque legibus, demonstrative Fortsetzung der Relativsatzes, sonst gewöhnlich nur bei Negationen und Gegensätzen.

possumus: de eis, quae iam latae dicuntur, ne id quidem licuit: illae enim sine ulla promulgatione latae sunt ante quam scriptae. quaero autem quid sit cur aut ego aut quisquam vestrum, patres conscripti, bonis tribunis plebis leges malas metuat: paratos habemus qui intercedant; paratos qui rem publicam religione defendant: vacui metu esse debemus. 'quas tu mihi' inquit 'intercessionem, quas religiones?' eas scilicet, quibus rei publicae salus continetur. 'neglegimus ista et nimis antiqua ac
26 stulta ducimus: forum saepietur; omnes claudentur aditus; armati in praesidiis multis locis conlocabuntur.' quid tum? quod ita erit gestum, id lex erit? et in aes incidi iubebitis, credo, illa legitima: CONSULES POPULUM IURE ROGAVERUNT — hocine a maioribus accepimus ius rogandi? — POPULUSQUE IURE SCIVIT. qui populus? isne, qui exclusus est? quo iure? an eo, quod vi et armis omne sublatum est? atque haec dico de futuris, quod est amicorum ante dicere ea, quae vitari possint: quae si facta non erunt, refelletur oratio mea. loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum vobis, demonstro vitia: tollite! denuntio vim, arma: removete!

11 Irasci quidem vos mihi, Dolabella, pro re publica dicenti
27 non oportebit. quamquam te quidem id facturum non arbitror; novi facilitatem tuam — conlegam tuum aiunt in hac sua fortuna, quae bona ipsi videtur — mihi, ne gravius quippiam dicam, avorum et avunculi sui consulatum si imitaretur, fortunatior videretur — sed eum iracundum audio esse factum.

25. *latae sunt*, nämlich nach Antonius Angabe bei Cäsars Lebzeiten.

quaero autem, diese Einführung eines selbstgemachten Einwurfs, der gleich darauf widerlegt wird, ist so ungewöhnlich, dass Lambinus Vermuthung quaerunt quidem Beachtung verdient.

bonis tribunis, Ti. Canutius und L. Cassius, vgl. § 36.

quas tu mihi — religiones?, de or. 1, 105 quem tu mihi, inquit Mucius, Staseam, quem Peripateticum narras?; in Verr. 4, 85; so schon bei Plaut. Curc. 545 Quas tu mihi Tabulas, quos luscios libertos, quos Summanos somnias?

stulta ducimus, 2, 63 turpe ducimus.

26. *atque — futuris*, die Vergangenheit will ich mit einem Schleier

bedecken, wenn Ihr nur jetzt noch einen andern Weg einschlagt.

amicorum, wie § 11 cui sum amicus und § 12 misi pro amicitia; ebenso § 28 feremus amici naturam.

ante dicere, ebenso praedicere, auch ante praedicere, wie 6, 5.

de quibus est integrum vobis, in Pis. 58 non est integrum Cn. Pompeio consilio iam uti tuo.

11, 27. *avorum*. Der väterliche Grossvater war der Redner M. Antonius, der mütterliche L. Iulius Cäsar, Consul im Jahr 90. Beide wurden als Gegner des Marius 87 getödtet.

sed, hiermit kehrt nach der Parenthese die Rede zum Anfang zurück, ähnlich 2, 80 primum cum Caesar ostendisset — sed cum Caesar ita dixisset. Ein Zurückgehen auf etwas schon Erwähntes wird dadurch auch 2, 5 sed quo beneficio

video autem quam sit odiosum habere eundem iratum et armatum, cum tanta praesertim gladiatorum sit impunitas: sed proponam ius, ut opinor, aequum, quod M. Antonium non arbitror repudiaturum. ego, si quid in vitam eius aut in mores cum contumelia dixerō, quo minus mihi inimicissimus sit non recusabo; sin consuetudinem meam tenuero, id est, si libere quae sentiam de re publica dixerō, primum deprecor ne irascatur; deinde, si hoc non impetro, peto ut sic irascatur, ut civi: armis utatur, si ita necesse est, ut dicit, sui defendendi causa: eis, qui pro re publica quae ipsis visa erunt dixerint, ista arma ne noceant. quid hac postulatione dici potest aequius? quod si,
28 ut mihi a quibusdam eius familiaribus dictum est, omnis eum, quae habetur contra voluntatem eius, oratio graviter offendit, etiam si nulla inest contumelia, feremus amici naturam. sed idem illi ita mecum loquuntur: 'non idem tibi adversario Caesaris licebit quod Pisoni socero,' et simul admonent quiddam, quod cavebimus: 'nec erit iustior in senatum non veniendi morbi
12 causa quam mortis.' sed per deos immortalis! — te enim in-
29 tuens, Dolabella, non possum utriusque vestrum errorem reticere: credo enim vos, nobilibus homines, magna quaedam spectantis, non pecuniam, ut quidam nimis creduli suspicantur, quae semper ab amplissimo quoque clarissimoque contempta est, non opes violentas et populo Romano minime ferendam potentiam, sed caritatem civium et gloriam concupisse. est autem gloria laus recte factorum magnorumque in rem publicam meritum, quae cum optimi cuiusque tum etiam multitudinis testimonio comprobatur. dicerem, Dolabella, qui recte factorum fructus esset,
30 nisi te praeter ceteros paulisper esse expertum viderem: quem

und 8 sed quid opponas tandem bezeichnet.

odiosum = molestum.

proponam — aequum, Liv. 5, 36, § ius postulare barbari videbantur; vgl. Phil. 2, 72 ius postulabas, während vorhergeht prope modum aequa et iusta dicebas; so schon bei Plautus trin. 1161 ius hic orat.

cum contumelia = contumeliose, 2, 6 quid est dictum a me cum contumelia.

quae sentiam, 'meine Herzensmeinung'.

quae ipsis visa erunt, pro Mur. 48 ut — de tota re dicerem, quod mihi videretur; de div. 1, 122 postquam exposuit quae ipsi videbantur.

28. *quid — aequius*, de or. 1, 169 quid ergo hoc fieri turpius aut dici potest?

nec — mortis sind ebenfalls Worte der Freunde des Antonius: er wird dich umbringen, und wenn du tödt bist, wird dein Nichterscheinen im Senat mehr entschuldigt sein, als durch die Krankheit, die ja Antonius nicht als Entschuldigungsgrund hatte anerkennen wollen.

12, 29. *pecuniam* hängt von concupisse ab.

opes violentas, 'auf Gewalt ruhende Macht'.

est autem gloria u. s. w., vgl. pro Marc. 26 si quidem gloria est illustris ac pervagata magnorum vel in suos vel in patriam vel in omne genus hominum fama meritum.

potes recordari in vita inluxisse tibi diem laetorem quam cum expiato foro, dissipato concursu impiorum, principibus sceleris poena adfectis, urbe incendio et caedis metu liberata te domum recepisti? cuius ordinis, cuius generis, cuius denique fortunae studia tum laudi et gratulationi tuae se non obtulerunt? quin mihi etiam, quo auctore te in his rebus uti arbitrabantur, et gratias boni viri agebant et tuo nomine gratulabantur, recordare, quaeso, Dolabella, consensum illum theatri, cum omnes earum rerum obliti, propter quas fuerant tibi offensi, significarent se beneficio novo memoriam veteris doloris abiicisse.

31 hanc tu, P. Dolabella, — magno loquor cum dolore — hanc tu, inquam, potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere?

13 tu autem, M. Antoni, absentem enim appello —, unum illum diem, quo in aede Telluris senatus fuit, non omnibus his mensibus, quibus te quidam multum a me dissentientes beatum putant, anteponis? quae fuit oratio de concordia? quanto metu [veterani], quanta sollicitudine civitas tum a te liberata est, cum conlegam tuum depositis inimiciliis oblitus auspiorum a te ipso augure populi Romani nuntiatorum illo primum die conlegam tibi esse voluisti; tuus parvus filius in Capitolium a te missus

30. *expiato foro*, durch die Zerstörung der von dem Pseudomarius errichteten Säule.

princ. scel., 'Anstifter des Verbrechens' pro Mur. 60.

caedis metu liberata, wie § 5 liberatus periculo caedis . . . senatus.

te domum recepisti, hier nichts weiter als domum rediisti, Brut. 316 ita recepi me biennio post; 318 cum autem anno post ex Sicilia me recepissem, ebenso bei Plautus, z. B. trin. 1008 recipe te ad dominum domum.

cuius ordinis — fortunae, in Pis. 52 omnium generum, aetatum, ordinum omnes viri ac mulieres omnis fortunae ac loci.

laudi et gratul. tuae, pro Mur. 88 imaginem . . . parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit. Der Sinn ist ad te laudandum et tibi gratulandum.

earum rerum obliti, Cicero meint die Unruhen des Dolabella während des Bürgerkriegs zwischen Cäsar und Pompeius.

offensi = inimici.

beneficio, 'in Folge, wegen', de leg. 3, 15 regale civitatis genus . . . non tam regni quam regis vitii repudiatum est.

13, 31. *omnibus his mensibus*, den darauf folgenden Monaten bis jetzt, welches Letztere in his liegt, ebenso 2, 1 his annis viginti; in Verr. 2, 4, 36 verum negas te horum annorum aliquot confecisse (tabulas).

multum a me diss., Hor. epp. 2, 2 poscentes vario multum diversa palato.

[*veterani*], ist jedenfalls ein unächter Zusatz, da die Veteranen von Antonius Zwist mit den Verschwornen Nichts zu fürchten hatten, auch nicht der gesamten Bürgerschaft gegenüber gestellt werden können; vielleicht ist senatus dafür zu schreiben.

cum voluisti, als du den Dolabella als Amtsgenossen anerkanntest, dessen Wahl da durch deinen Einspruch als Augur vorher für ungültig erklärt hattest.

tuus parv. fil., vor diesen Worten, die ganz abgerissen dastehen, ist wohl ein auf illo primum die bezügliches cum einzuschreiben.

pacis obses fuit: quo senatus die laetior? quo populus Romanus? 32 qui quidem nulla in contione umquam frequentior fuit. tum denique liberati per viros fortissimos videbamus, quia, ut illi voluerant, libertatem pax consequeretur. proximo, altero, tertio, denique reliquis consecutis diebus non intermittebas quasi donum aliquod cotidie adferre rei publicae; maximum autem illud, quod dictaturae nomen sustulisti. haec inusta est a te, a te, inquam, mortuo Caesari nota ad ignominiam sempiternam. ut enim propter unius M. Manlii scelus decreto gentis Manliae neminem patricium Manlium Marcum vocari licet, sic tu propter unius dictatoris odium nomen dictatoris funditus sustulisti. num te, 33 cum haec pro salute rei publicae tanta gessisses, fortunae tuae, num amplitudinis, num claritatis, paenitebat? unde igitur subito tanta ista mutatio? non possum adduci ut suspicer te pecunia captum. licet quod cuique libet loquatur, credere non est necesse: nihil enim umquam in te sordidum, nihil humile cognovi. quamquam solent domestici depravare non numquam; sed novi firmitatem tuam! atque utinam ut culpam, sic etiam suspitionem vitare potuisses! illud magis vereor, ne ignorans verum 14 iter gloriae gloriosum putes plus te unum posse quam omnis et metui a civibus tuis: quod si ita putas, totam ignoras viam gloriae: carum esse civem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est; metui vero et in odio esse invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. quod videmus etiam in fabula illi ipsi, qui 'oderint, dum metuant' dixerit, perniciosum fuisse. utinam, Antoni, avum tuum meminisses! de quo tamen audisti multa ex me eaque saepissime. putasne illum immortalitatem mereri voluisse, ut propter armorum habendorum licentiam metuere? illa erat vita, illa secunda fortuna liber-

32. *lib. pax cons.*, 'die Freiheit den Frieden zu Folge hatte.'

rel. consecutis diebus, ebenso consequentibus diebus in Pis. 52.

haec inusta — ignom. sempit., 5, 17 an illa non gravissimis ignominiiis monumentisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda?, vgl. auch in Cat. 1, 13 quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est?

32. *licet quod cuique libet loquatur*, hier wie de or. 1, 65 licet hinc quantum cuique videbitur circumcidat atque amputet fehlt quisque im zweiten Gliede, dagegen 2, 119 ut ita cuique eveniat ut de re publica quisque mereatur, vgl. zu § 20. *credere non est necesse*, de div. 2,

31 multa istius modi dicuntur in scholis, sed credere omnia vide ne non sit necesse.

sic etiam, so immer, nicht ita etiam.

carum esse civem — metui. Derselbe Gegensatz de off. 2, 29 atque in has clades incidimus, dum metui quam cari esse et diligi malumus, siehe auch § 35 ut malis carus esse quam metui.

14, 34. *oderint, dum metuant*, ein Wort des Atrius in der gleichnamigen Tragödie des Attius, vgl. de off. 1, 97, pro Sest. 102.

mereri voluisse ut, de fin. 2, 74 quid enim mereri velis . . . ut dicas te in isto magistratu omnia voluptatis causa facturum esse; Plaut.

tate esse parem ceteris, principem dignitate. itaque, ut omit-
tam res avi tui prosperas, acerbissimum eius supremum diem
malim quam L. Cimnae dominatum, a quo ille crudelissime est
35 interfectus. sed quid oratione te flectam? si enim exitus C.
Caesaris efficere non potest ut malis carus esse quam metui,
nihil cuiusquam proficiet nec valebit oratio: quem qui beatum
fuisse putant, miseri ipsi sunt: beatus est nemo, qui ea lege
vivit, ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris
gloria interfici possit. qua re flecte te, quaeso, et maiores tuos
respice atque ita gubernare rem publicam, ut natum esse te ci-
ves tui gaudeant: sine quo nec beatus nec clarus esse tutus
15 quisquam esse omnino potest. populi quidem Romani iudicia
36 multa ambo habetis, quibus vos non satis moveri permoleste
fero. quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium civium?
quid populi versus? quid Pompei statuæ plausus infiniti? quid
duobus tribunis plebis, qui vobis adversantur? parumne
haec significant incredibiliter consentientem populi Romani uni-
versi voluntatem? quid? Apollinarium ludorum plausus vel testi-
monia potius et iudicia populi Romani parum magna vobis vi-
debantur? o beatos illos, qui, cum adesse ipis propter vim
armorum non licebat, aderant tamen et in medullis populi
Romani ac visceribus haerebant! nisi forte Accio tum plaudere et
sexagesimo post anno palmam dari, non Bruto putabatis, qui
ludis suis ita caruit, ut in illo apparatusimo spectaculo studium
populus Romanus tribueret absentem, desiderium liberatoris sui
37 perpetuo plausu et clamore leniret. equidem is sum, qui istos
plausus, cum popularibus civibus tribuerentur, semper con-
tempserim; idemque cum a summis, mediis, infimis, cum deni-
que ab universis hoc idem fit cumque ei, qui ante sequi po-
puli consensum solebant, fugiunt, non plausum illum, sed
iudicium puto. sin haec leviora vobis videntur, quae sunt gra-
vissima, num etiam hoc contemnitis, quod sensistis tam caram

Stich. 24 neque illic sibi mereat
Persarum montes . . . Ut istuc fa-
ciat.

35. ut natum — gaudeant, Lael.
14 quem tamen esse natum et nos
gaudebimus et haec civitas, dum
erit, laetabitur.

15, 36. pop. Rom. univ. vol., so pro
Sest. 124 ut ipsi inimici nostri vo-
luntatem universi populi viderent,
vgl. dort 113, 115, 122, 124, 125.

parum magna, für nimis parva,
wie parum multi für nimis pauci.

in medullis — haerebant, Tusc.
5, 27 qui omne bonum in visceribus

medullisque condideris; ad Att. 6, 1,
8 ἐννελεῖσθαι illa tua . . . quae mihi
in visceribus haerent.

apparatusimo, sonst wird dies
Adjectivum gern auch von Mahlzei-
ten gebraucht.

desid. — leniret, Cato maior 54;
ad fam. 15, 21, 1.

37. sequi populi cons. = auram
popularem captare.

tam caram, gleich nachher § 38
tam cara; tam caram — fuisse, Hir-
tius war zur Zeit der Rede er-
krankt.

populo Romano vitam A. Hirtii fuisse? satis erat enim probatum
illum esse populo Romano, ut est; iucundum amicis, in quo
vincit omnis; carum suis, quibus et ipse carissimus; tantum
tamen sollicitudinem honorum, tantum timorem omnium in quo
meminimus? certe in nullo. quid igitur? hoc vos, per deos im-
38 mortalis! quale sit non interpretamini? quid? eos de vestra vita
cogitare non censetis, quibus eorum, quos sperant rei publicae
consulturos, vita tam cara sit?

Cepi fructum, patres conscripti, reversionis meae, quoniam
et ea dixi, ut quicumque casus consecutus esset, exlaret con-
stantiae meae testimonium, et sum a vobis benigne ac diligen-
ter auditus; quae potestas si mihi saepius sine meo vestroque
periculo fiet, utar: si minus, quantum potero, non tam mihi
me quam rei publicae reservabo. mihi fere satis est quod vixi
vel ad aetatem vel ad gloriam; huc si quid accesserit, non tam
mihi quam vobis rei publicae accesserit.

M. TULLII CICERONIS

IN M. ANTONIUM ORATIO PHILIPPICA
SECUNDA.

Quonam meo fato, patres conscripti, fieri dicam ut nemo¹
his annis viginti rei publicae fuerit hostis qui non bellum eo-
dem tempore mihi quoque indixerit? nec vero necesse est
quemquam a me nominari: vobiscum ipsi recordamini. mihi

satis erat, 'es war schon etwas
Bedeutendes'.

iucundum amicis, Hor. sat. 1, 5,
44 nil ego contulerim iucundo sanus
amico.

in quo vincit omnes, 2, 18 auda-
cia, in qua vincit omnes.

ipse ist als völlig überflüssig, ja
sinnlos zu streichen, man müsste es
denn in nicht nachzuweisender Be-
deutung, wie vel oder unus beim
Superlativ auffassen.

38. de vestra vita cogitare, pro Mil.
67 si hunc de tua vita nefarie aut nunc
cogitare aut molitum aliquid ali-
quando putas.

quantum potero gehört natürlich
zum Folgenden.

mihī — vixi, pro Marc. 25 saepe
enim venit ad auris meas, te istud
nimis crebro dicere, tibi satis te
vixisse.

II. Philippische Rede.

1, 1. Quonam — dicam, 'welcher
Fügung meines Geschickes soll ich
es zuschreiben?' his annis viginti,
seit der Catilinarischen Verschwö-
rung, vgl. 1, 31.

qui non, die Negation schliesst
sich, wenn im Hauptsatze eine an-
dere vorhergeht, durchgängig, wie-
wohl nicht immer, an das Pronomen
Relativum an.

nec vero — recordamini, pro Cael.
43 ex quibus neminem mihi libet no-

poenarum illi plus quam optaram dederunt: te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere. atque hoc in aliis minus mirabar; nemo enim illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes a me rei publicae causa lacessiti. tu ne verbo quidem violatus, ut audacior quam Catilina, furiosior quam Clodius viderere, ultro me maledictis lacessisti, tuamque a me alienationem commendationem tibi ad impios civis fore putavisti. quid putem? contemptumne me? non video nec in vita nec in gratia nec in rebus gestis nec in hac mea mediocritate ingenii quid despiciere possit Antonius. an in senatu facillime de me detrahi posse credidit? qui ordo clarissimis civibus bene gestae rei publicae testimonium multis, mihi uni conservatae dedit. an decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem est beneficium; quid enim plenius, quid uberius quam mihi et pro me et contra Antonium dicere *licere*? illud profecto est: non existimavit sui similibus probari posse se esse hostem patriae, nisi mihi esset inimicus. cui prius quam de ceteris rebus respondeo, de amicitia, quam a me violatam esse criminatus est, quod ego gravissimum crimen iudico, pauca dicam.

2 Contra rem suam me nescio quando venisse questus est. an ego non venirem contra alienum pro familiari et necessario? non venirem contra gratiam non virtutis spe, sed aetatis flore

minare, vosmet vobiscum recordamini.

optaram, so nothwendig anstatt optarem, da eine Ergänzung 'wenn ich noch in der Lage wäre' sehr künstlich ist.

minus mirabar, pro Mur. 38 minus est mirandum.

voluntarius, 'aus persönlicher Abneigung,' entspricht dem Adverbium ultro.

ne verbo quidem, § 9 quod ille si verbo negarit; Tusc. 2, 28 verbo de sententia destitisti; uno wird in solchen Wendungen ausgelassen; *ut* hängt von violatus ab; *viderere*, 'dich zeigtest'.

furiosior quam Clod., von demselben de leg. 3, 22 furor . . . impurae illius belluae multorum inflammatus furoribus.

tuamque — putavisti, vgl. Tac. ann. 2, 43 Germanico alienatio patrii amorem apud ceteros auxerat.

2. *quid putem?* Die Veranlassungen zu den Schmähungen des Anto-

nus, die Cicero im Folgenden als nicht glaublich zurückweist, indem er schliesslich als den wahren das Streben seine Feindschaft gegen den Staat zu beweisen angiebt, sind folgende: Verachtung des Gegners, das Wohlwollen der Zuhörer, Eifersucht auf Cicero als Redner.

in vita, 'in meinem Privatleben'.
bene gestae — conservatae, ebenso in Pis. 6.

licere hinter dicere durch Conjectur eingeschoben, da sonst mihi unverständlich ist.

est nach profecto mit guten Handschriften, da der wirkliche Grund angegeben wird.

2, 3. *contra rem suam me — venisse*, 'dass ich gegen sein Interesse aufgetreten sei', so auch contra *extimationem* alicuius venire ad Att. 1, 1, 4; übrigens vgl. noch § 78 te rei tuae causa venisse.

an, widerlegend; *virtutis spe*, 'durch die Hoffnung, die seine Tüchtigkeit erregte'.

conlectam? non venirem contra iniuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure praetorio? sed hoc idcirco commemoratum a te puto, uti te infimo ordini commendares, cum omnes te recordarentur libertini generum et liberos tuos nepotes [Q. Fadii] libertini hominis fuisse. at enim te in disciplinam meam tradideras — nam ita dixisti —; domum meam ventitabas. ne tu, si id fecisses, melius famae, melius pudicitiae tuae consulisses. sed neque fecisti nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset. auguratus petitionem mihi te concessisse dixisti. o incredibilem audaciam! o impudentiam praedicandam! quo enim tempore me augurem a toto collegio expetiturum Cn. Pompeius et Q. Hortensius nominaverunt — nec enim licebat a pluribus nominari — tu nec solvendo eras nec te ullo modo nisi eversa re publica fore incolumem putabas. poteras autem eo tempore auguratum petere, cum in Italia C. Curio non esset? aut tum, cum es factus, unam tribum sine Curione terre potuisses? cuius etiam familiares de vi condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent. at beneficio sum tuo usus. quo? quamquam illud ipsum, quod commemoras, semper prae me tuli. malui me tibi debere confiteri quam cuiquam minus prudenti non satis gratus videri. sed quo beneficio? quod me Brundisii non occideris? quem ipse victor, qui

intercess. iniqu., vielleicht eines Volkstribunen, dessen Intercession in einem Civilprocess ungesetzlich war.

iure praetorio, das ius praetorium begreift die edicta praetorum in sich und bildet eine Ergänzung des ius civile.

libertini hominis, pro Scauro 23 libertinum hominem litteratum ac factum. Dass Q. Fadii ein unrichtiger Zusatz ist, zeigt seine Stellung im zweiten Gliede.

fuisse, weil Q. Fadius, dessen Tochter die erste Frau des Antonius war, bereits gestorben war, pro Sest. 6.

at enim oder *at* allein in der Figur der occupatio zur Einführung eines Einwurfs.

te in disciplin. meam trad., de div. 1, 92 senatus . . . decrevit, ut de principum filii decem singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur.

nam ita dixisti, § 80 sed cum Caesar ita dixisset.

ne, nur vor einem Pronomen § 76 ne tu iam mecum in gratiam redeas. *C. Curionem*, der später als Volkstribun für Cäsar wirkte.

4. *concessisse*, weil er vor Cicero zurückgetreten sei.

o iner. aud. — *praed.*, ähnlich § 15 o foeditatem hominis flagitiosam, o impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam.

quo — tempore, 53, als der Augur M. Crassus gegen die Parther gefallen war.

nominaverunt, 'mich vorgeschlagen', die Wahl fand in den comitiis tributis statt.

fore incolumem, 'dass dein Bankrott abgewandt werden könne'.
in It. C. Curio non esset, er war Proquästor in Asien.

cum es factus, an Stelle des Hortensius.

3, 5. *tibi debere*, absolut wie pro Planc. 68 ego me debere bonis omnibus fateor, auch § 96.

sed quo beneficio? beneficio wird absichtlich hinzugesetzt, da Cicero

tibi, ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, salvum esse voluisset, in Italiam ire iussisset, eum tu occideres? fac potuisse. quod est aliud, patres conscripti, beneficium latronum, nisi ut commemorare possint eis se dedisse vitam, quibus non ademerint? quod si esset beneficium, numquam, qui illum interfecerunt, a quo erant conservati, quos tu clarissimos viros soles appellare, tantam essent gloriam consecuti. quale autem beneficium est, quod te abstineris nefario scelere? qua in re non tam iucundum mihi videri debuit non interfectum *me* a te quam miserum te id impune facere potuisse. sed sit beneficium, quando quidem maius accipi a latrone nullum potuit; in quo potes me dicere ingratum? an de interitu rei publicae queri non debui, ne in te ingratus viderer? at in illa querella, misera quidem et luctuosa, sed mihi pro hoc gradu, in quo me senatus populusque Romanus conlocavit, necessaria, quid est dictum a me cum contumelia? quid non moderate? quid non amice? quod quidem cuius temperantiae fuit, de M. Antonio querentem abstinere male lictis, praesertim cum tu reliquias rei publicae dissipavisses, cum domi tuae turpissimo mercatu omnia essent venalia, cum leges eas, quae numquam promulgatae essent, et de te et a te latas confiterere, cum auspicia augur, intercessionem consul sustulisses, cum esses foedissime stipatus armatis, cum omnis impuritates impudica in

die That zugesteht, aber läugnet, dass sie eine Wohlthat sei.

detul. — *princ.*, indem er ihn zum magister equitum ernannte; *ex latronibus suis*, hier fast im Doppelsinn von Miethling und Räuber, so Phil. 5, 6 latronibus suis.

ire, natürlicher wäre redire.

occideres? Als Cicero nach der Schlacht bei Pharsalus nach Italien zurückkehrte, traf ihn Antonius in Brundisium und wollte ihm als Pompejaner die Weiterreise verwehren; doch Cicero berief sich auf eine mündliche Erlaubnis Cäsars.

quod est aliud u. s. w., 'welchen Dienst können Räuber anders leisten, als dass sie sich rühmen'. *ded. vit. quibus non adem.*, § 60 fac id te dedisse mihi quod non ademisti.

qui illum u. s. w., die Mörder Cäsars; auch ihnen hatte Cäsar nach der Schlacht bei Pharsalus das Leben gelassen, das er ihnen nehmen konnte.

6. *an — debu.* in der ersten philippischen Rede.

pro hoc gradu — collocavit, I, 14 idcircone nos populus Romanus consules fecit, ut in altissimo gradu dignitatis locati rem publicam pro nihilo haberemus?

cum contum., I, 27; *quid non* u. s. w., § 9 quid enim verbum . . . non plenum humanitatis?

quod, epexegetisch durch abstinere erklärt.

reliqu. reip., den Staatsschatz im Tempel der Ops; *dissipavisses*, § 35 innumerabilem pecuniam dissipavisti; *de or.* I, 38 rem publicam dissipaverunt; *Tusc.* 3, 48 lege Sempronia patrimonium publicum dissipari.

mercato, 'Schacher'; *de te*, für dich, gegen die leges Licinia und Aebutia, *de lege agr.* 2, 21; *confiterere*, 'gestehen musstest'.

ausp. aug., 5, 8; *interc. cons. sust.*, eben daselbst 9.

impur. — *suscip.*, § 31 cogitationem suscipe; *pro Mur.* 9 si nulla inertiae nota . . . suscipitur; *de off.* I, 131 cavendum ne . . . suscipiamus nimias celeritates; *impuritates*, 'Un-

domo cotidie susciperes, vino lustrisque confectus. at ego, tamquam mihi cum M. Crasso contentio esset, quocum multae et [tam] magnae fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo, de re publica graviter querens de homine nihil dixi: itaque hodie perficiam, ut intellegat quantum a me beneficium tum acceperit. at etiam litteras, quas me sibi misisse diceret, recitavit homo 4 et humanitatis expers et vitae communis ignarus: quis enim umquam, qui paulum modo bonorum consuetudinem nosset, litteras ad se ab amico missas offensione aliqua interposita in medium protulit palamque recitavit? quid est aliud tollere ex vita vitae societatem, tollere amicorum conloquia absentium? quam multa ioca solent esse in epistulis, quae prolata si sint, inepta videantur! quam multa seria, neque tamen ullo modo divulganda! sit hoc inhumanitatis tuae: stultitiam incredibilem 8 videte: quid habes quod mihi opponas, homo diserte, ut Mustelae iam esse et Tironi videris? qui cum hoc ipso tempore stent cum gladiis in conspectu senatus, ego quoque te disertum putabo, si ostenderis quo modo sis eos inter sicarios defensurus: — sed quid opponas tandem, si negem me umquam ad te istas litteras misisse? quo me teste convincas? an chirographo? in quo habes scientiam quaestuosam, qui possis? sunt enim librarii manu, iam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere doceat. quid enim est 9

sauberkeiten', puritas ist dagegen ein ganz spätes Wort.

vino lustrisque, ad fam. 12, 2, 1 quae autem in lustris et in vino commentatio potuit esse.

7. *tam*, wegen der Gleichförmigkeit mit multae zu streichen.

de homine, 'gegen die Person'.

4. *at etiam*, steigernd wie atque etiam, § 16; 20; 76; 85.

me misisse diceret, statt misissem oder me misisse dicebat.

vitae communis, 'des geselligen Tactes', wie sensus communis, usus communis, etwas anders Lael. 38 quos novit vita communis.

bonorum, weder von Patricien noch von edlen Menschen kann hier die Rede sein, weshalb wohl zu schreiben ist bonorum [morum].

tollere — absentium, steht dem vorhergehenden Gliede gleich und drückt denselben Gedanken aus, nur bestimmter; zu ergänzen ist zu

beiden Gedanken: nisi quod tu facis, ut recites epistulas absentium; vollständig de div. 2, 78 quid est aliud nolle moneri a Iove nisi efficere ut aut ne fieri possit auspiciam aut si fiat videri.

quae prol. si sint, das Relativum hat sich, wie häufig, an den Nebensatz angeschlossen.

8. *sit hoc*, concessiv, sonst esto oder verum esto, sit wie § 30 esto, sit in verbis tuis hic stupor.

opponas, 'einwendest', dagegen obicere § 9, vorwerfen.

te disert. put., § 90 cum optimum te putabant, dagegen § 63 quis non turpe duceret.

inter sicarios, so gewöhnlich, dagegen de sicariis de or. 2, 165.

qui, 'wie', stets in rhetorischen Fragen, namentlich bei posse.

iam invideo, § 25 iam vereor, dagegen § 87 iamiam minime miror.

nihil sapere doceat, § 43 ut — nihil sapere disceres.

minus non dico oratoris, sed hominis quam id obicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit qui obiecerit? at ego non nego, teque in isto ipso convinco non inhumanitatis solum, sed etiam amentiae. quod enim verbum in istis litteris est non plenum humanitatis, officii, benevolentiae? omne autem crimen tuum est, quod de te in his litteris non male existimem, quod scribam tamquam ad civem, tamquam ad bonum virum, non tamquam ad sceleratum et latronem. at ego tuas litteras, etsi iure poteram a te lacessitus, tamen non proferam: quibus petis ut tibi per me liceat quendam de exsilio reducere, adiurasque id te invito me non esse facturum; idque a me impetrasti: quid enim me interponerem audaciae tuae, quam neque auctoritas huius ordinis neque existimatio populi Romani neque leges ullae possent coercere? 10 verum tamen quid erat quod me rogares, si erat is, de quo rogabas, Caesaris lege reductus? sed videlicet meam gratiam voluit esse, in quo ne ipsius quidem ulla esse poterat lege lata.

5 Sed cum mihi, patres conscripti, et pro me aliquid et in M. Antonium multa dicenda sint, alterum peto a vobis, ut me pro me dicentem benigne, alterum ipse efficiam ut contra illum cum dicam, attente audiat. simul illud oro: si meam cum in omni vita tum in dicendo moderationem modestiamque cognostis, ne me hodie, cum isti, ut provocavit, respondero, oblitum esse putetis mei: non tractabo ut consulem: ne ille quidem me ut consularem. etsi ille nullo modo consul, vel quod ita vivit vel quod ita rem publicam gerit vel quod ita factus est; ego sine 11 ulla controversia consularis. ut igitur intellexeretis qualem ipse se consulem profiteretur, obiecit mihi consulatum meum: qui consulatus verbo meus, patres conscripti, re vester fuit: quid

9. *sed* nach non dico herabsteigend; denselben Gedanken gäbe hominis, ne dicam oratoris.

quod ille si — negarit, 'was jener nur zu läugnen braucht, damit'.

teque — amentiae. Man könnte für *inhumanitatis stultitiae* erwarten, von der zuletzt die Rede war, indess amentia ist jene stultitia in gesteigertem Maasse; mit inhumanitatis wird auf die Worte *si hoc inhumanitatis tuae* zurückgegangen.

plenum hum., Umschreibung statt des Adjectivus, § 39.

in his litteris, erhalten bei Cicero ad Att. 14, 13.

sceleratum, substantivisch, wie § 29 und 85.

quendam, Sex. Clodius, den Helfershelfer des P. Clodius.

existim. pop. Rom., 'die öffentliche Meinung des römischen Volkes'.

10. *verum tamen*, ebenso § 40; sed tamen § 32.

meam grat. vol. esse, 'er wollte, dass ich den Dank erndtete'.

5. *non tractabo — consularem*. Das Verbum im zweiten Gliede aus dem ersten zu entnehmen, ähnlich § 61 *si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus? ita vivit*, pro Mur. 62; *ita factus est*, durch Cäsar.

ut — profiteretur, die Erklärung giebt in Pis. 14 *quae cum reprehendis, ostendis, qualis tu, si ita forte*

enim ego constitui, quid gessi, quid egi nisi ex huius ordinis consilio auctoritate, sententia? haec tu homo sapiens, non solum eloquens, apud eos, quorum consilio sapientiaque gesta sunt, ausus es vituperare? quis autem meum consulatum praeter te Publiumque Clodium qui vituperaret inventus est? cuius quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni, manet, quoniam id domi tuae est, quod fuit illorum utriusque fatale. non placet M. An- 12 tonio consulatus meus. at placuit P. Servilio, ut eum primum nominem ex illius temporis consularibus, qui proxime est mortuus; placuit Q. Catulo, cuius semper in hac re publica vivet auctoritas; placuit duobus Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, C. Curioni, C. Pisoni, M. Glabroni, M. Lepido, L. Volcatio, C. Figulo, D. Silano, L. Murenæ, qui tum erant consules designati; placuit idem quod consularibus M. Catoni, qui cum multa vita excedens providit, tum quod te consulem non vidit; maxime vero consulatum meum Cn. Pompeius probavit, qui ut me primum decedens ex Syria vidit, complexus et gratulans meo beneficio patriam se visurum esse dixit. sed quid singulos commemoro? frequentissimo senatui sic placuit, ut esset nemo qui

accidisset, fueris illo tempore consul futurus.

11. *quid egi*, 'was habe ich zur Verhandlung gebracht'.

ex huius ord. cons. auct. sent., 'Rath, Auftrag, Abstimmung'; et was anders Cato maior 17 non viribus . . . res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia.

homo sapiens, ebenso § 31 tu homo sapiens et considerate, quid dicis?, pro Planc. 72 scilicet homo sapiens excogitavi quamobrem viderer maximis beneficii vinclis obstrictus, sonst gewöhnlich sapiens allein.

tibi — manet, sonst mehr dichterisch, 'ist dir sicher und gewiss'; *id*, es ist die Fulvia gemeint, die früher mit Curio verheirathet war, vgl. pro Sest. 123 *id a me et a senatu esse constitutum, quod perdit civis sublatum pernos criminabantur, wo id auf libertas geht.*

12. *at placuit P. Servilio* u. s. w. P. Servilius Vatia Isauricus, Consul 79, † 44; Q. Lutatius Catulus, Consul 78, † 60; Lucullus: Lucius, Consul 74, † 56, sein Bruder Marcus, weniger bekannt, bald nach ihm; M. Lici-

nus Crassus, Consul 73, † 53; Q. Hortensius, Consul 69, † 50; C. Scribonius Curio, der § 45 genannte pater Curio, Consul 76, † 52; C. Calpurnius Piso und M. Acilius Glabrio, Consuln 67; M. Aemilius Lepidus und L. Volcatius Tullus, Consuln 66; C. Marcus Figulus, Consul 64; C. Iunius Silanus und L. Licinius Murena, Consuln 62.

proxime, 'kürzlich', bei Späteren in diesem Sinne novissime.

idem quod, da vom Consulat die Rede ist, würde man eher erwarten *idem qui*.

decedens ex Syria, freilich erst in Italien.

meo benefic. — *visurum*, vgl. de off. 1, 76, wo dem Pompeius das Wort in den Mund gelegt wird, frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi meo in rempublicam beneficium ubi triumpharet esset habiturus; *meo beneficio* = propter me, 'er verdanke es mir, dass'.

quid — commemoro? Da er sie wirklich erwähnt hat, dagegen § 109 *quid ego illas istius minas commemoro?*

6 mihi non ut parenti gratias ageret, mihi non vitam suam,
 13 fortunas, liberos, rem publicam referret acceptam, sed
 quoniam illis, quos nominavi, tot et talibus viris res
 publica orbata est, veniamus ad vivos, qui duo de consula-
 rium numero reliqui sunt. L. Cotta, vir summo ingenio
 summaque prudentia, rebus eis gestis, quas tu reprehendis, sup-
 plicationem decrevit verbis amplissimis, eique illi ipsi, quos
 modo nominavi, consulares senatusque cunctus adsensus est;
 14 qui honos post conditam hanc urbem habitus est togato ante me
 nemini. L. Caesar, avunculus tuus, qua oratione, qua con-
 stantia, qua gravitate sententiam dixit in sororis suae virum,
 vitricum tuum! hunc tu cum auctorem et praeceptorem omnium
 consiliorum totiusque vitae debuisses habere, vitrici te similem
 quam avunculi maluisti. huius ego alienus consilii consul usus
 sum: tu, sororis filius, ecquid ad eum umquam de re publica
 15 rettulisti? at ad quos refert? di immortales! ad eos scilicet, quo-
 rum nobis etiam dies natales audiendi sunt, hodie non de-
 scendit Antonius. cur? dat natalicium in hortis, cui? neminem
 nominabo: putate tum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum
 etiam Ballioni. o foeditatem hominis flagitiosam! o impudentiam,
 nequitiam, libidinem non ferendam! tu cum principem senato-
 rem, civem singularem tam propinquum habeas, ad eum de re

ut parenti, wie ja dem Cicero der Namen pater patriae beigelegt wurde, vgl. auch ad Att. 1, 14, 3.

vitam — liberos, ebenso in Pis. 25 a me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur.

6, 13. *ad vivos — reliqui sunt*, 'zu den beiden Consularen, die noch leben', also = ad duos vivos, qui reliqui sunt.

L. Cotta, L. Aurelius Cotta, Consul 65.

rebus eis gestis, Dativ, von supplicationem decrevit abhängig = mihi propter eas res gestas.

14. *L. Caesar*, Consul 64, Sohn des 1, 27 genannten. *qua oratione*, 'wie beredt'. *vitricum tuum*, P. Lentulus, der bekannte Genosse des Catilina, der die Julia, die Schwester des L. Cäsar, nach dem Tode des Antonius geheirathet hatte. *hunc*, natürlich auf L. Cäsar zu beziehen.

debuisses, anstatt eines debue-
 ras im selbstständigen Satz.

te similem — maluisti, wie § 19

cupit enim se audacem; § 104 studiorum enim suorum Varro voluit illud non libidinum deversorium; 5, 38 semper ille populum Romanum liberum voluit und gleich nachher quam populum Romanum liberum cuperet.

consiliis consul, absichtliche Paronomasie.

ecquid — rettulit, de div. 1, 31 cum vicini omnes ad eum de rebus suis referrent; 1, 122 de rebus obscuris et incertis censeo ad Apollinem esse referendum.

quorum — audiendi sunt, pro Mil. 65 quin etiam fuit audiendus popa Licinius nescio qui.

15. *descendit*, wie öfters ohne in forum, fast gleich prodit.

natalicium, scil. cenam. Reiche pflegten ein solches Mahl an ihrem Geburtstage selbst zu geben.

Phormioni — Gnathoni, Parasiten aus dem Phormio und Eunuchen des Terenz.

Ballioni, Kuppler aus dem Pseudolus des Plautus.

publica nihil referas, referas ad eos, qui suam rem nullam habent, tuam exhauriunt? tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus. adeone pudorem cum pudicitia perdidisti, ut hoc 7
 in eo tempore dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quondam florens orbi terrarum praesidebat, consulebam, tu homines perditissimos cum gladiis conlocavisti? at etiam ausus es — quid autem est quod tu non audeas? — clivum Capitolinum 16
 dicere me consule plenum servorum armatorum fuisse: ut illa, credo, nefaria senatus consulta fierent, vim adferebam senatui, o miser, sive illa tibi nota non sunt — nihil enim boni nosti — sive sunt, qui apud talis viros tam imprudenter loquere! quis enim eques Romanus, quis praeter te adulescens nobilis, quis ullius ordinis, qui se civem esse meminisset, cum senatus in hoc templo esset, in clivo Capitolino non fuit? quis nomen non dedit? quamquam nec scribae sufficere nec tabulae nomina illorum capere potuerunt. etenim cum homines nefarii de pa- 17
 triae parricidio constiterent, consiliorum indicibus, sua manu, voce paene litterarum coacti se urbem inflammare, civis trucidare, vastare Italiam, delere rem publicam consensisse, quis esset qui ad salutem communem defendendam non excitaretur? praesertim cum senatus populusque Romanus haberet ducem, qualis si qui nunc esset, tibi idem, quod illis accidit, contigisset. ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum, hoc vero ne P. quidem Clodius dixit umquam: quem, quia iure ei inimicus fui, doleo a te omnibus vitiis esse superatum. qui autem 18

salut. — pernic., § 19.

7. *pudorem cum pudicitia*, ebenso verbunden de leg. 1, 50; pro Mil. 77; pro Sest. 73.

in eo templo, § 19 in hac cella Concordiae.

quondam, durch florens bestimmt.

16. *clivum Capitol.*, ebenso ad Att. 2, 1, 7; pro Mil. 64; pro Sest. 28.

servorum, nicht die Ritter als sklavisch gesinnte Anhänger des Cicero sind gemeint, sondern wirkliche Sklaven.

o miser, § 540 o miserum te si haec intellegis, miseriorem, si non intellegis.

quis — dedit? zu der zu bildenden Sicherheitswache.

quamquam u. s. w. Durch diesen Satz wird das vorhergehende dedit mehr auf den blossen Conat zurückgeführt.

Cicero Philipp. Reden.

17. *voce paene litt.*, pro Scauro 16 (argumentum) quod rerum vox est; de nat. deor. 3, 91 cum culpa paene vocem audiamus; pro Cael. 66 cur non ipsius confessione, multorum oculis, facinoris denique voce tanti sceleris crimen expresserint.

urbem — rempubl., Chiasmus, so dass die ersten beiden Glieder dieselbe Wortfolge, die beiden letzten die umgekehrte haben.

consensisse = coniuirasse, mit Inf. auch ad fam. 6, 18, 2, ebenso consensio in Verr. 2, 5, 18.

negat, Wechsel der Person (§ 16 at etiam ausus es) wie § 4.

quem — superatum. Da das Relativum sich lieber an den Nebensatz anschliesst, ist wohl die Lesart cui quia iure inimicus fui — doleo a te omnibus vitiis eum esse superatum, auf die auch Spuren der Handschriften führen, vorzuziehen.

tibi venit in mentem redigere in memoriam nostram te domi P. Lentuli esse educatum? an verebatur ne non putaremus natura te potuisse tam improbum evadere, nisi accessisset etiam 8 disciplina? tam autem eras excors, ut tota in oratione tua tecum ipse pugnares, non modo non cohaerentia inter se diceres, sed maxime diiuncta atque contraria, ut non tanta tecum, quanta tibi tecum esset contentio. vitricum tuum fuisse in tanto scelere fatebare, poena adfectum querebare: ita, quod proprie meum est, laudasti; quod totum est senatus, reprehendisti: nam comprehensio sententiarum mea, animadversio senatus fuit. homo disertus non intellegit eum, quem contra dicit, laudari a se; eos, apud quos dicit, vituperari. iam illud cuius est, non dico audaciae — cupit enim se audacem —, sed quod minime volt, stultitiae, qua vincit omnis, clivi Capitolini mentionem facere, cum inter subsellia nostra versentur armati? cum in hac cella Concordiae, di immortales! in qua me consule salutare sententiae dictae sunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis homines conlocati stent? accusa senatum; accusa equestrem ordinem, qui tum cum senatu copulatus fuit; accusa omnes ordines, omnis civis, dum confiteare hunc ordinem hoc ipso tempore ab Ituraeis circumsederi. haec tu non propter audaciam dicis tam imprudenter, sed quia tantam rerum repugnantiam non vides. [nihil profecto sapis.] quid est enim dementius quam, cum rei

18 *redigere in mem.*, dies oder reducere, nicht revocare in mem. ist Ciceronianisch.

natura — *disciplina*, Hor. od. 4, 4, 33 doctrina sed vim promovet insitam.

8. *non modo*, das Asyndeton ist sehr auffallend, es ist wohl et vortnon ausgefallen. *non cohaerentia*, pro Cael. 15 in quo non modo crimen haerebat, sed vix diserti adulescentis cohaerebat oratio. *max. dii. utque contr.*, pro Cael. 12 tam ex contrariis diversisque et inter se pugnantibus naturae studiis cupiditatibusque conflatum; in Pis. 3 ac tamen ea quae sunt longissime diiuncta comprehendam. *ut — contentio*. Dies ut steht dem ersten ut nicht gleich, sondern bezeichnet die Folge aus dem vorhergehenden Gedanken. *quanta tibi*, das tibi, welches auch zu tecum gehört, ist um den Gegensatz hervortreten zu lassen, zu tecum gesetzt.

fuisse in tanto scelere, wie § 29 omnes ergo in culpa.

proprie meum, hätte auch heißen können proprium et meum.

comprehensio — fuit, in Pis. 14 nam relatio illa salutaris et diligens fuit consularis, animadversio quidem et iudicium senatus.

quem contra, Tusc. 2, 15 hunc post; or. 34 quos contra; de nat. deor. 2, 10 quos ad; Lael. quos inter; in Pis. 15 quem propter; in Vat. 18 quas contra.

19. *cupit enim se audacem*, in Vat. 19 in illo intolerabili non regno — nam cupis id audire — sed latrocinio, übrigens vgl. § 14.

quod minime volt, de fin. I, 25 per se esset et virtus et cognitio, quod minime ille volt, expetenda; Lael. 11, nisi enim, quod ille minime putabat, immortalitatem optare vellet.

copulatus, stärker als coniunctus. *Ituraeis*, § 112, die heutigen Drusen in Syrien, von der Stadt Ityra.

[*nihil profecto sapis*]. Diese Worte sind überflüssig und stören den Zusammenhang, da im Folgenden

publicae perniciose arma ipse ceperis, obicere alteri salutaria? at etiam quodam loco facetus esse voluisti. quam id te, di boni, non decebat! in quo est tua culpa non nulla; aliquid enim salis a mimae uxore trahere potuisti. 'cedant arma togae.' quid? tum nonne cesserunt? at postea tuis armis cessit toga. quaeramus igitur utrum melius fuerit libertati populi Romani sceleratorum arma an libertatem nostram armis tuis cedere. nec vero tibi de versibus plura respondebo: tantum dicam breviter, te neque illos neque ullas omnino litteras nosse; me nec rei publicae nec amicis umquam defuisse, et tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse ut meae vigiliae meaque litterae et iuventutis utilitatis et nomini Romano laudis aliquid adferrent. sed haec non huius temporis: maiora videamus.

P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. quidnam 9 homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum in foro 21 spectante populo Romano gladio insecutus es negotiumque transigisses, nisi se ille in scalas tabernae librariae coniecisset eisque oppilatis impetum tuum compressisset? quod quidem ego favisse me tibi fateor, suasisse ne tu quidem dicis. at Miloni ne favere quidem potui; prius enim rem transegit quam quisquam eum facturum id suspicaretur. at ego suasi. scilicet is animus erat Milonis, ut prodesse rei publicae sine suatore non posset. at laetatus sum. quid ergo? in tanta laetitia cunctae civitatis me unum tristem esse oportebat? quamquam de morte

den eben der Widerspruch, den Antonius nicht wahrnimmt, nachgewiesen wird.

20. *quodam loco*, pro Scauro 5 iecit quodam loco.

in quo — non nulla, 'daran bist du einigermassen selbst schuld'.

a mimae uxore, die nachher noch öfter erwähnte Kytheris.

cedant u. s. w. Der Vers ist aus dem dritten Buch des Cicero über sein Consulat; laurea, der Lorbeerkrantz des Feldherrn, wird darin dem vom Senat dem Cicero ertheilten Lob entgegengesetzt.

quid? tum nonne cesserunt, im wörtlichen Sinne, nicht in demjenigen, in welchem Cicero den Vers genommen hat.

illos, wohl besser illas, auf litteras bezogen.

omni genere monum., gewöhnlicher als monumentis omnis generis.

iuventuti, de div. 2, 2 quod enim munus reipublicae adferre maius meliusve possumus, quam si doce-

mus atque erudimus iuventutem? Brut. 32; Tusc. 1, 3; ad Att. 4, 2.

sed haec, ähnlich § 25 sed haec vetera, illud vero recens.

9, 21. *tum*, nach Antonius Rückkehr aus Gallien; das Nähere ist nicht bekannt.

negotiumque transegisses, Tac. ann. 3, 33 ab his negotia suscipi, transigi.

in scal. tab. libr., pro Mil. 40 cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset, vgl. Hor. epp. 2, 2, 15 semel hic cessavit et, ut fit, in scalis latuit metuens pendentes habentis. Für tab. libr. bei Späteren bloss libraria.

quod — favisse, 'worin dir Beifall gezollt zu haben'. Der Accusativ eines Pronomens oder Adiectivums ist bei einem verbum intrans. oder pass. erlaubt.

rem transegit, § 26 hanc rem . . . confecisset.

22 Clodii fuit quaestio — non satis prudenter illa quidem constituta; quid enim attinebat nova lege quaeri de eo, qui hominem occidisset, cum esset legibus quaestio constituta? quaesitum est tamen —: quod igitur, cum res agebatur, nemo in me dixit, id tot annis post tu es inventus qui diceres?

23 Quod vero dicere ausus es idque multis verbis, opera mea Pompeium a Caesaris amicitia esse diiunctum ob eamque causam culpa mea bellum civile esse natum, in eo non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, temporibus errasti. ego M. Bibulo, praestantissimo cive, consule nihil praetermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocarem; in quo Caesar felicius fuit: ipse enim Pompeium a mea familiaritate diiunxit. postea vero quam se totum Pompeius Caesari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere conarer? stulti erat sperare, suadere impudentis. duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Caesarem Pompeio suaserim; ea velim reprehendas, si potes: unum, ne quinquentium imperium Caesari prorogaret; alterum, ne pateretur ferri ut absentis eius ratio haberetur: quorum si utrumvis persuasissem, in has miseras numquam incidissemus. atque idem ego, cum iam opes omnis et suas et populi Romani Pompeius ad Caesarem detulisset, seroque ea sentire coepisset, quae multo ante provideram, inferrique patriae bellum viderem nefarium, pacis, concordiae, compositionis auctor esse non destiti, meaque illa vox est nota multis: 'utinam, Pompei, cum Caesare societatem aut numquam coisses aut numquam diremis-

22. *non satis* — *const.* Pompeius, nach dem Tode des Clodius zum alleinigen Consul ernannt, hatte für den Process des Milo das Untersuchungsverfahren abgekürzt und verschärft.

quaesitum est tamen, wofür es auch hätte heißen können sed constituta tamen, steht in Beziehung zu *non* — *illa quidem const.*, wie § 23 non tu quidem tota re, sed — temporibus.

quod igitur u. s. w., dass der Name des Cicero als suator doch genannt wurde, gesteht er selbst pro Mil. 47.

23. *tota re*, ähnlich Ter. Eun. 2, 2, 14 tota erras via.

10. *M. Bibulo* — *consule*, im Jahr 59.

facere enitique, Lael. 59 eniti et efficere; pro Caec. 26; Phil. 4, 18.

a Caesaris coniunctione, die

durch die Vermählung seiner Tochter Julia mit Pompeius bekräftigt wurde.

postea vero quam, wie sonst Cicero gern posteaquam für postquam gebraucht; durch eine Partikel getrennt auch de fin. 1, 10 postea quidem quam fuit quem imitarentur.

24. *unum ne* — *alterum ne*, vor ne aus dem Vorhergehenden zu ergänzen quo suadebam.

quinqu. — *prorogaret*, für imperium in quinquentium prorogaret, § 74 paucis prorogatis diebus; § 109 numerum annorum provinciis prorogavit.

meaque — *multis*, ad fam. 6, 6, 4 sed tamen plurimi sunt testes me et initio ne coniungeret se cum Caesare monuisse Pompeium et postea ne se disiungeret.

societatem — *coisses*, de leg. 1, 60 societatemque caritatis coierit.

ses! fuit alterum gravitatis, alterum prudentiae tuae.' haec mea, M. Antoni, semper et de Pompeio et de re publica consilia fuerunt; quae si valuissent, res publica staret, tu tuis flagitiis, egestate, infamia concidisses.

Sed haec vetera, illud vero recens, Caesarem meo consilio interfectum. iam vereor, patres conscripti, ne, quod turpissimum est, praevaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam alienis: quis enim meum in ista societate gloriosissimi facti nomen audivit? cuius autem, qui in eo numero fuisset, nomen est occultatum? occultatum dico? cuius non statim divulgatum? citius dixerim iactasse se aliquos, ut fuisse in ea societate viderentur, cum [conscii] non fuissent, quam ut quisquam celari vellet qui fuisset. quam veri simile porro est in tot hominibus partim obscuris partim adolescentibus [neminem occultantibus] meum nomen latere potuisse? etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur [illis auctoribus], Brutus ego impellerem, quorum uterque L. Bruti imaginem cotidie videret, alter etiam Ahalae? hi igitur his maioribus ab alienis potius consilium peterent quam a suis et foris potius quam domo? quid? C. Cassius, in ea familia natus, quae non modo dominatum, sed ne potentiam quidem cuiusquam ferre

staret, so immer bei respublica, nicht constare.

11, 25. *apposuisse*, in Verr. 4, 40 apponit de suis canibus quendam.

in ista soc. glor. facti, § 32 in huius tu me consilii societatem — includis.

cuius autem, dies autem steht wie atqui in der propositio minor einer conclusio.

occultatum dico? § 48 domum dico? § 67 Charybdim dico? pro Sest. 53 die dico? deutsch etwa 'oder besser gesagt'.

[*conscii*]. Durch diesen Zusatz, der zur Sache nichts Neues bringt, wird der rhetorische Gegensatz von fuisse und non fuissent verdunkelt.

26. [*neminem occultantibus*]. Diese Worte sind durchaus fehlerhaft, da Cicero offenbar sagen will, dass in einer Gemeinschaft von entweder jungen oder unberühmten Männern ein berühmter Name, wie der seine, durch sein blosses Gewicht nicht hätte unbekannt bleiben können.

auctores ad lib. patr., Tusc. 1, 26

auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtineri, uti optimis possumus; pro Sest. 42 auctores ad perniciem meam.

[*illis auctoribus*] kann nicht so viel heißen wie illis interfectoibus, überhaupt aber ist in einem allgemeinen Gedanken, wie hier, ein jeder derartiger Zusatz fehlerhaft.

L. Bruti, der freilich von patrizischem Geschlechte war, während die späteren Iunier plebeischer Abkunft waren.

Ahalae, des Marcus Mutter Servilia führte ihr Geschlecht auf C. Servilius Ahala zurück, der 439 den Sp. Maelius erschlug.

foris, 'von auswärts', de or. 2, 173 foris autem adsumuntur ea; Tusc. 3, 6 auxilium non . . . petendum est foris.

C. Cass. in ea fam. nat., de rep. 1, 31 L. Pauli nepos . . . nobilissima in familia atque in hac tam clara republica natus.

nepotent. quidem, den Sp. Cassius Viscellinus, der 486 zuerst eine lex agraria beantragte und im Verdacht stand nach der Königswürde zu

potuit, me auctorem, credo, desideravit: qui etiam sine his clarissimis viris hanc rem in Cilicia ad ostium fluminis Cydni confecisset, si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam navis appulisset. Cn. Domitium non patris interitus, clarissimi viri, non avunculi mors, non spoliatio dignitatis ad recuperandam libertatem, sed mea auctoritas excitavit? an C. Trebonio ego persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem; qua re etiam maiorem ei res publica gratiam debet, qui libertatem populi Romani unius amicitiae praeposuit depulsorque dominatus quam particeps esse maluit. an L. Tillius Cimber me est auctorem secutus? quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus quam facturum putavi, admiratus autem ob eam causam quod immemor beneficiorum, memor patriae fuisset. quid duos Servilios — Cascas dicam an Ahalas — et hos auctoritate mea censes excitatos potius quam caritate rei publicae? longum est persequi ceteros, idque rei publicae praeclarum, fuisse tam multos, ipsis gloriosum. at quem ad modum me coarguerit homo acutus recordamini. 'Caesare interfecto' inquit 'statim cruentum alte extollens Brutus pugionem Ciceronem nominatim exclamavit atque ei recuperatam libertatem est gratulatus.' cur mihi potissimum? quia sciebam? vide ne illa causa fuerit appellandi mei, quod, cum rem gessisset consimilem rebus eis, quas ipse gesseram, me potissimum testatus est se aemulum 29 mearum laudum exstitisse. tu autem, omnium stultissime, non intellegis, si, id quod me arguis, voluisse interfici Caesarem crimen sit, etiam laetatum esse morte Caesaris crimen esse?

streben, soll sein eigner Vater erschlagen haben.

in Cilicia, wohl als Caesar gegen den Pharnaces rückte; doch ist die Sache weiter nicht bekannt; die Angabe beruht vielleicht auf einem Irrthum.

quam, nicht von constituerat abhängig, sondern von der ausgelassenen Präp. ad.

27. *Cn. Domitium*, der mit seinem Vater bei Corfinium von Cäsar gefangen und wieder entlassen wurde. Sein Vater fiel später bei Pharsalus. Sein Oheim war Cato von Utica, der Bruder der Porcia, der Mutter des Domitius.

spoliatio, passivisch = iactura.

C. Trebonio, der das Gesetz beantragte dem Cäsar seinen Oberbefehl in Gallien auf fünf Jahre zu

verlängern und später als sein Legat Massilia belagerte.

L. Tillius Cimber, der dadurch, dass er dem Cäsar die Toga von der Schulter riss, den Verschwornen das Zeichen zum Angriff gab.

ob eam causam, so immer, dagegen quam ob rem.

duos Servilios, P. und C. Servilius Casca.

dicam an, pro Cael. 71 o stultitiamne dicam an impudentiam singularem; de div. 2, 51 estne quisquam ita desipiens qui credat exaratum esse deum dicam an hominem?

et hos, et für etiam bei hi und alii, besonders nach sed.

13, 28. *Cicer.* — *excl.*, pro Sest. 80 cur tam temere exclamarit occisum.

29. *si* — *crimen sit*, ebenso § 34.

quid enim interest inter suasorem facti et probatorem? aut quid refert utrum voluerim fieri an gaudeam factum? ecquis est igitur exceptis eis, qui illum regnare gaudebant, qui illud aut fieri noluerit aut factum improbarit? omnes ergo in culpa: etenim omnes boni, quantum in ipsis fuit, Caesarem occiderunt: aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit; voluntas nemini. sed stuporem hominis vel dicam pecudis attendite; sic enim dixit: 'Brutus, quem ego honoris causa nomino, eruentum pugionem tenens Ciceronem exclamavit: ex quo intellegi debet eum conscium fuisse.' ergo ego sceleratus appellor a te, quem tu suspicatum aliquid suspicaris; ille, qui stillantem praese pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur? esto; sit in verbis tuis hic stupor: quanto in rebus sententiaque maior? constitue hoc, consul, aliquando, Brutorum, C. Cassii, Cn. Domitii, C. Trebonii, reliquorum quam velis esse causam; edormi crapulam, inquam, et exala. an faces admovendae sunt quae excitent tantae causae indormientem? numquamne intelleges statuendum tibi esse utrum illi, qui istam rem gesserunt, homicidaene sint an vindices libertatis? attende enim paulisper co-

quid enim interest — *prob.*, ad Att. 16, 7, 2, etsi, quamvis non fueris suasor et impulsor protectionis meae, adprobator certe fuisti.

qui — *improbarit*. Nach scharfer Logik müssten hier die Worte aut fieri noluerit aut fehlen, da die bisherige Beweisführung Ciceros darauf hinausläuft, zu zeigen, dass schon die blosse Freude über Cäsars Tod zur Schuld gereiche; aber dass er diese Schärfe nicht angewendet hat, zeigen die Worte voluntas nemini.

omnes — *in culpa* = omnium culpa oder auch, doch seltner, in omnibus culpa.

30. *sed stuporem hom.* — *pecudis*, Lael. 48 quid enim interest motu animi sublato non dico inter pecudem et hominem, sed inter hominem et truncum; parad. 1, 14 quae quidem mihi vox pecudum videtur esse, non hominum. Tac. ann. 13, 1 adeo ut C. Caesar eum pecudem auream appellare solitus sit.

vel dicam, pro Cael. 75 qua ex vita vel dicam quo ex sermone; de fin. 1, 10 nobis vel dicam aut oratoribus bonis aut poetis; Brut. 207 mihi placebat Pomponius maxime

vel dicam minime displicebat; ad Att. 9, 7, 1 ne quid turpiter facerem vel dicam iam fecissem.

is nach ille, de off. 1, 187 atque etiam illud ipsum quod acerbatis habet obiurgatio significandum est ipsius id causa qui obiurgetur esse susceptum.

constitue, de off. 1, 117 in primis autem constituendum est quos nos et quales esse velimus.

an faces admovendae sunt, de or. 3, 4 hic eum homini . . . quasi quaedam verborum faces admovisset; Tusc. 2, 61 cumque quasi faces ei doloris admoverentur.

tantae causae indorm., 3, 34 si indormierimus huic causae, das Genthheil invigilare alicui rei.

homicidaene sint an, de fin. 4, 6, 7 utrum igitur tandem perspicuisne dubia aperiuntur an dubiis perspicua tolluntur? 2, 60 utrum tandem censes, Torquaté, Imperiosum illum . . . tuamne de se orationem libentius auditurum fuisse an meam? de div. 2, 120 utrum igitur censem dormientium animos per sene ipsos in somniando moveri an . . . externa et adventicia visione pulsari?

gitationemque sobrii hominis punctum temporis suscipe: ego, qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris, ut a te arguor, socius, nego quicquam esse medium: confiteor eos, nisi liberatores populi Romani conservatoresque rei publicae sint, plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse, si quidem est atrocius patriae parentem quam suum occidere: tu homo sapiens et considerate, quid dicis? si parricidas, cur honoris causa a te sunt et in hoc ordine et apud populum Romanum semper appellati? cur M. Brutus referente te legibus est solutus, si ab urbe plus quam decem dies afuisset? cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur provinciae Bruto, Cassio datae? cur quaestores additi? cur legatorum numerus auctus? atqui haec acta per te; non igitur homicidas, sequitur ut liberatores tuo iudicio, quando quidem tertium nihil potest esse.
 32 quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis, quae diiunctius dicuntur, intellegis. sed tamen haec summa est conclusionis meae: quoniam scelere a te liberati sunt, ab eodem amplissimis praemiis dignissimos iudicatos, itaque iam retexo orationem meam: scribam ad illos, ut, si qui forte quod a te mihi obiectum est quaerent sitne verum, ne cui negent: etenim vereor ne aut celatum me illis ipsis non honestum aut invitatum refugisse mihi sit turpissimum, quae enim res umquam, pro sancte Iuppiter! non modo in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta maior? quae gloriosior? quae commendatior hominum memoriae sempiternae? in huius me tu consilii societatem tamquam in equum Troianum cum principibus includis?

13, 31. *punctum temporis*, 8, 20 ne punctum quidem temporis . . . opugnatio respiravit.

nego quicquam esse med., 8 4, etenim cum inter bellum et pacem medium nihil sit; dasselbe wird gleich nachher ausgedrückt durch quando quidem tertium nihil potest esse, wozu vgl. Cato maior 66 atqui tertium certe nihil inveniri potest.

si quidem — occidere, Tusc. 5, 6 vituperare quisquam vitae parentem et hoc parricidio se inquinare audet?

cur M. Brutus — afuisset. Auf den Antrag des Antonius wurde der Senatsbeschluss gefasst, dass Brutus als praetor urbanus nicht an die gesetzliche Bestimmung gebunden sein sollte, welche den Stadtprätoren eine längere Abwesenheit als zehn Tage verbot.

ludi Apollin., die im Namen und

auf Kosten des Brutus der Prätor C. Antonius abhielt.

provinciae, Creta und Cyrene; *additi*, zu der gewöhnlichen Zahl.

32. *num conturbo te?* § 36 nescio quid conturbatus esse videris.

diiunctius, 'zu sehr in der Form einer Alternative.'

retexo or. meam, da er vorher jede Theilnahme an der Verschwörung geläugnet hatte.

celatum me, hier fehlt esse, wie § 5 non interfectum me a te; übriges vgl. § 26 und pro Cael. 53 celatum esse Clodium dixit.

pro sancte Iuppiter, pro Mil. 85 Latiaris sancte Iuppiter; de div. 2, 11 sancte Apollo.

in huius — includis? de or. 2, 94 Isocrates . . . cuius e ludo tamquam ex equo Troiano meri principes exierunt.

non recuso; ago etiam gratias, quoquo animo facis: tanta enim res est, ut invidiam istam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem. quid enim beatius illis, quos tu expulsos a te praedicas et relegatos? qui locus est aut tam desertus aut tam inhumanus qui illos, cum accesserint, non adfari atque appetere videatur? qui homines tam agrestes qui se, cum eos aspexerint, non maximum cepisse vitae fructum putent? quae vero tam immemor posteritas, quae tam ingratae litterae reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? tu vero ascribe me talem in numerum. sed unam rem vereor ne non probes: si enim fuisset, non solum regem, sed etiam regnum de re publica sustulissem; et, si meus stilus ille fuisset, ut dicitur, mihi crede non solum unum actum, sed totam fabulam confecissem, quamquam si interfici Caesarem voluisse crimen est, vide, quaeso, Antoni, quid tibi futurum sit, quem et Narbone hoc consilium cum Trebonio cepisse notissimum est et ob eius consilii societatem, cum interficeretur Caesar, tum te a Trebonio vidimus sevocari. ego autem — vide quam tecum agam non inimice — quod bene cogitasti aliquando, laudo; quod non indicasti, gratias ago; quod non fecisti, ignosco: virum res illa quaerebat. quod si te in iudicium quis adducat usurpetque illud Cassianum, cui hono

33. *cum laude non comparem*, 'gegen den Ruhm nicht in Anschlag bringe', so dass der Neid das Geringere ist, umgekehrt Tusc. 1, 2 Iam illa, quae natura non litteris adsecuti sunt, neque cum Graecia neque ulla cum gente sunt conferenda, wo die durch die Worte quae — sunt bezeichneten Eigenschaften der Römer das Höhere sind.

adfari atque appetere, 'mit verlangendem Grusse empfangen'.

quae — prosequantur, pro Mil. 80 prope ad immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur; *prosequi*, so Brut. 4 illius vero mortis opportunitatem benevolentia potius quam misericordia prosequamur.

ascribe — numerum, pro Mur. 16 ego te semper in nostrum numerum adgregare soleo.

14, 34. *non solum regem, sed etiam regnum*, ad fam. 12, 1, I nam ut adhuc quidem actum est, non regno sed rege liberati videmur; de leg. 3, 15 quoniam regale civitatis genus

. . . non tam regni quam regis vitium repudiatum est.

stilus, Schriftgriffel und Dolch. *ut dicitur*, bei Anführung sprichwörtlicher Redensarten bei Cicero gewöhnlich.

Narbone, wo Trebonius einen misslungenen Versuch machte, den Antonius für die Sache der Verschworenen zu gewinnen.

tum — sevocari, der wahre Grund war, weil man seine Anhänglichkeit an Cäsar fürchtete; *te*, wie sonst das Demonstrativum nach dem Relativum.

bene cogitasti, Cato maior 18 Karthagini male iam diu cogitanti.

quod non indicasti, indicare absolut, ebenso ad Att. 2, 1, 3 quo die Allobroges indicarunt, wie dort zu lesen.

virum — quaerebat, § 96 ille vir fuit.

35. *Cassianum*, Cassius war Volkstribun zur Zeit der Gracchen; Cicero spricht über seinen Grundsatz pro Rosc. 84; pro Mil. 32.

fuerit, vide, quaeso, ne haereas: quamquam fuit quidem illud, ut tum dicebas, omnibus bono, qui servire nolebant, tibi tamen praecipue, qui non modo non servis, sed etiam regnas; qui maximo te aere alieno ad aedem Opis liberavisti; qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam dissipavisti; ad quem e domo Caesaris tam multa delata sunt; cuius domi quaestuosissima est falsorum commentariorum et chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitiosissimae nundinae. etenim quae res egestati et aeri alieno tuo praeter mortem Caesaris subvenire potuisset? nescio quid conturbatus esse videris: num quid subtimes ne ad te hoc crimen pertinere videatur? libero te metu: nemo credet umquam; non est tuum de re publica bene mereri; habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros res publica auctores; ego te tantum gaudere dico, fecisse non arguo. respondi maximis criminibus: nunc etiam reliquis respondendum est.

15
37 Castra mihi Pompei atque illud omne tempus obiecisti; quo quidem tempore si, ut dixi, meum consilium auctoritasque valuisset, tu hodie egeres, nos liberi essemus; res publica non tot duces et exercitus amisisset. fateor enim me, cum ea, quae acciderunt, providerem futura, tanta in maestitia fuisse, quanta ceteri optimi cives, si idem providissent, fuissent. dolebam, dolebam, patres conscripti, rem publicam, vestris quondam meisque consiliis conservatam brevi tempore perituram. nec vero eram tam indoctus ignarusque rerum, ut frangerer animo propter vitae cupiditatem, quae me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberaret: illos ego praestantis-

ut tum dicebas, vielleicht in der Senatsversammlung im Tempel der Tellus.

ad aedem Opis, aedem ist wohl zu streichen, vgl. ad Att. 14, 14, 4; Phil. 1, 17; 2, 793.

qui — dissipavisti, vgl. 5, 11 illa vero dissipatio pecuniae publicae ferenda nullo modo est, per quam sestertium septiens miliens falsis perscriptionibus donationibusque avertit.

tam multa, Cäsars Privatschatz und Papiere.

36, subtimes, scheint nur hier vorzukommen.

libero te metu u. s. w. Ganz ähnlicher rhetorischer Kunstgriff pro Roscio Am. 97 nihil est, Glaucia, quod metuas u. s. w.

15, 37. egeres, § 24 tu tuis flagitiis, egestate, infamia concidisses und kurz vorher § 36 quae res egestati et aeri alieno tuo praeter mortem Caesaris subvenire potuisset? auch § 50; iacces, was ich früher vermuthete, ist nicht nöthig.

tam indoctus, 'so wenig philosophisch gebildet'.

ignarusque rerum, pro Sest. 47 tam eram rudis, tam ignarus rerum; pro Mil. 72 nec tam sum demens tamque vestri sensus ignarus atque expertus.

frangerer animo, § 39 animis relaxantur, ebenso affici animo, pendere animo und Aehnliches.

conficeret, aus dem Sinne des Cicero.

simos viros, lumina rei publicae, vivere volebam, tot consularis, tot praetorios, tot honestissimos senatores, omnem praeterea florem nobilitatis ac iuventutis, tum optimorum civium exercitus; qui si viverent, quamvis iniqua condicione pacis — mihi enim omnis pax cum civibus bello civili utilior videbatur —, rem publicam hodie teneremus. quae sententia si valuisset ac non ei maxime mihi, quorum ego vitae consulebam, spe victoriae elati obstitissent, ut alia omittam, tu certe numquam in hoc ordine vel potius numquam in hac urbe mansisses. at vero Cn. Pompei voluntatem a me alienabat oratio mea. an ille quemquam plus dilexit? cum ullo aut sermones aut consilia contulit saepius? quod quidem erat magnum, de summa re publica dissentientis in eadem consuetudine amicitiae permanere. ego quid ille et contra ille quid ego sentirem et spectarem videbat: ego incolumitati civium primum, ut postea dignitati possemus, ille praesenti dignitati potius consulebat. quod autem habebat uterque quod sequeretur, idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. quid vero ille singularis vir ac paene divinus de me senserit sciunt qui eum de Pharsalia fuga Paphum prosecuti sunt: numquam ab eo mentio de me nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii, cum me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora. et eius viri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem esse fateare? sed omittatur bellum illud, in quo tu nimium felix fuisti. ne de iocis quidem respondebo, quibus me

lumina rei publ. § 5 nondum tot luminibus extinctis; pro Mil. 21 de legit ex florentissimis ordinibus ipsa lumina.

quamvis iniqua cond. pac., ad Att. 8, 11 Db mea quae semper fuerit sententia primum de pace vel iniqua condicione retinenda... meminisse te arbitror.

38. ac non, 'und nicht vielmehr'. ei maxime, Cn. Domitius, C. Lentulus, Scipio und Andere.

at vero, um einen Einwand einzuführen, selten anstatt des einfachen at.

oratio mea, 'meine Aeusserungen', wie § 32.

de summa — permanere, de prov. 40 ita dissensio ab illo, ut in diiunctione sententiae coniuncti tamen amicitia maneremus.

et contra, verbindet Gegensätze, ebenso contraque, pro Balbo 51.

ego incolum. — consulebat. Aus dem dritten Gliede ist das Verbum

für die beiden ersten zu entnehmen, ähnlich § 78 quem plane perditum aere alieno si eundem nequam hominem audacemque cognorat; de off. 2, 69 commode autem, quicumque dixit; Tac. ann. 13, 56 deesse nobis terra in vitam, in quo moriamur non potest.

39. singularis vir, § 68; ac paene divinus, de div. 1, 53 singulari vir ingenio Aristoteles et paene divino.

prosecuti, das handschriftliche persecuti ist unmöglich, da persequi nie 'begleiten' heisst.

numquam — honorifica, § 56 in eis patrum nulla mentio. plena am. des., § 44 pietatis plena defensio.

vidisse plus, Lael. 99 ut is qui inclusus sit, plus vidisse videatur.

et führt die unwillige Frage ein, ebenso § 51.

cuius — te sectorem, § 65 Pompei sector, ähnlich pro Sest. 57 rex publicatur.

in castris usum esse dixisti: erant quidem illa castra plena curae; verum tamen homines, quamvis in turbidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. quod autem idem maestitiam meam reprehendit, idem iocum, magno argumento est me in utroque fuisse moderatum.

Hereditates mihi negasti venire. utinam hoc tuum verum crimen esset! plures amici mei et necessarii viverent. sed qui istuc tibi venit in mentem? ego enim amplius sestertium ducens acceptum hereditatibus rettuli. quamquam in hoc genere fateor felicior esse te: me nemo nisi amicus fecit heredem, ut cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeretur; te is, quem tu vidisti numquam, L. Rubrius Casinas [fecit heredem]. et quidem vide quam te amarit is, qui albus aterne fuerit ignoras: fratris filium praeteriit, Q. Fufii, honestissimi equitis Romani sui que amicissimi, quem palam heredem semper factitarat, ne nominat quidem: te, quem numquam viderat aut certe numquam salutaverat, fecit heredem, velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu. 'nihil scio' inquires 'nisi quae praedia habuerit.' is igitur fratrem exheredans te faciebat heredem. in multas praeterea pecunias alienissimorum hominum vi electis veris heredibus, tamquam heres esset, invasit. quamquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere, cum ipse hereditatem patris non adisses.

erant quidem illa castra, 'alldings war jenes Lager', castra plena illa quidem erant würde nur heißen 'das Lager war zwar' u. s. w.; vgl. § 35 fuit illud quidem . . . omnibus bono u. s. w.

in turbidis rebus, de div. 1, 101 in rebus turbidis veridicae voces ex occulto missae esse dicuntur.

40. *idem — idem*, or. 22 videmus enim fuisse quosdam qui idem ornate ac graviter, idem versute ac subtiliter dicerent; ad fam. 9, 2, 1; de div. 2, 77.

hered. — venire. In Testamenten von Freunden nicht bedacht zu werden galt als Schande.

Casinas, aus Casinum in Latium. [fecit heredem], ein matter Zusatz, durch den der Gegensatz von me nemo und te is vollständig geschwächt wurde.

41. *qui albus aterne fuerit ignoras*, sprichwörtlich zur Bezeichnung gänzlicher Unbekanntheit,

Tusc. 5, 114 Democritus luminibus amissis alba scilicet discernere et atra non poterat; Catull 93 Nil nimum studeo Caesar tibi velle placere Nec scire utrum sis albus an ater homo.

sui que amicissimi, sui von suis, § 42 tui familiarissimi, wenn nicht sui que amantissimi zu schreiben ist, wie auch vielleicht § 39 amantissimi desiderii.

palam — factitarat, pro Mil. 48 testamentum autem palam fecerat; palam heisst hier vor Zeugen, da eine solche Erklärung die Stelle des Testaments vertrat.

aut certe, 'oder wenigstens', wo für auch das einfache aut stehen könnte.

nisi molestum est, ebenso si videtur oder si tibi videtur und si placet.

inquires, § 44, 103; pro Lig. 12; pro Marc. 26.

42. *cum ipse — adisses*, 'da dich

Haec ut conligeres, homo amentissime, tot dies in aliena villa declamasti? quamquam tu quidem, ut tui familiarissimi dicitant, vini exalandi, non ingenii acuendi causa declamas. at vero adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo et compotorum tuorum rhetorem, cui concessisti ut in te quae vellet diceret, salsum omnino hominem, sed materia facilis est in te et in tuos dicta dicere. vide autem quid intersit inter te et avum tuum: ille sensim dicebat quod causae prodesset; tu cursim dicis aliena. at quanta merces rhetori data est! audite, audite, patres conscripti, et cognoscite rei publicae volnera: duo milia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori adsignasti et quidem immunita, ut populi Romani tanta mercede nihil sapere disceres. num etiam hoc, homo audacissime, ex Caesaris commentariis? sed dicam alio loco et de Leontino agro et de Campano, quos iste agros ereptos rei publicae turpissimis possessoribus inquinavit. iam enim quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore et correctore nostro quaedam dicenda sunt. nec enim omnia effundam, ut, si saepius decertandum sit, ut erit, semper novus veniam: quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur.

Visne igitur te inspicimus a puero? sic opinor; a principio ordiamur. tenesne memoria praetextatum te decoxisse? 'pa-

dein Vater enterbt hatte', worüber anderweitig Nichts bekannt ist.

17. *vini exal.* — *decl.*, anders 5, 19 ipse interea XVII dies de me in Tiburtino Scipionis declamavit, sitim quaerens; *ing. acuendi*, so auch linguam acuere = exercere.

ioci causa, wie honoris, libidinis (§ 45), officii, animi causa. *compotorum*, § 56 conlusorem; § 101 compransoribus tuis et conlusoribus.

omnino vor sed, wie öfter 'alldings', or. 147; de off. 1.

dicta dicere, 'Witze machen'; in te et in tuos, anders Plaut. Pseud. 372 Verum quamquam multa malaque dicta dixisti mihi, wenn diese Lesart richtig ist.

43. *audite, audite*, pro Mur. 78.

reipublicae volnera, pro Sest. 31. *campi Leontini*, in Sicilien, weil Sex. Clodius ein geborner Sicilianer war.

pop. Rom. tanta merc., 'für einen so grossen Lohn, den das römische Volk bezahlen musste'.

de ipso — nostro, 'über unsern gestrengen Sittenprediger selbst'; nostro vertritt nicht den obiectiven Genitiv, sondern steht in dem Sinne, wie in Pis. 170 noster misericors.

ut erit, 'wie es denn wirklich der Fall sein wird', § 68; pro Lig. 13; Brut. 38; or. 141.

novus veniam, Brut. 214 novi veniebamus cotidie.

istius vitiorum, bei zwei Genitiven steht der von dem andern abhängige, besonders wenn es ein Pronomen ist, voran, der andere folgt vor oder nach dem Substantivum, so § 48 eius omnium incendio- rum fax (anders § 57 eius peragratio itinerum, wo, wie öfter, der zweite ein obiectiver, der erste ein subiectiver ist).

18, 44. *sic opinor*, Tusc. 3, 50 ita credo, de honore aut de dignitate contendimus. Die Interpunction sic opinor ist zu verwerfen, da das allein stehende sic für 'ja' bei Cicero sich nur auf eine einzige unsichere Stelle (de fin. 3, 9) stützt.

tris' inquit 'ista culpa est,' concedo; etenim est pietatis plena defensio. illud tamen audaciae tuae, quod sedisti in quattuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus, quamvis quis fortunae vitio, non suo decoxisset. sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti. primo volgare scortum; certa flagitii merces, nec ea parva; sed cito Curio intervenit, qui te a meretricio quaestu abduxit et tamquam stolam dedisset, in matrimonio stabili et certo collocavit. nemo umquam puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate quam tu in Curionis. quotiens te pater eius domo sua eiecit? quotiens custodes posuit, ne limen intrares? cum tu tamen nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere: quae flagitia domus illa diutius ferre non potuit. scisne me de rebus mihi notissimis dicere? recordare tempus illud, cum pater Curio maerens iacebat in lecto; filius se ad pedes meos prosternens, lacrimans, te mihi commendabat; orabat, ut se contra suum patrem, si sestertium sexagens peteret, defenderem; tantum enim se pro te intercessisse dicebat. ipse autem amore ardens confirmabat, quod desiderium tui discidium ferre non posset, se in exilium iturum. quo tempore ego quanta mala florentissimae familiae sedavi vel potius sustuli! patri persuasi, ut aes alienum filii dissolveret; redimeret adulescentem, summa spe et animi et ingenii praeditum, rei familiaris facultatibus eumque non modo tua familiaritate, sed etiam congressione patrio iure et potestate prohiberet. haec tu cum per me acta meminisses, nisi illis, quos videmus, gladiis con-

lege Roscia, vom Jahr 67, wonach den Rittern die quattuordecim gradus hinter der Orchestra angewiesen wurden.

sumpsisti — reddidisti, wir würden togam bei virilem vorziehen; ähnlich de off. 2, 35 qui unam haberet, omnes habere virtutes; Hor. sat. 1, 6, 95 nam si natura iuberet et certis annis aevum remeare peractum Atque alios legere, ad fastum quoscumque parentes Optaret sibi quisque.

togam, das Gewand der meretricies.

stolam, das Gewand der Matronen.

stabili et certo, Lael. 55 stabilis et certa possessio; de fin. 1, 55 huic certae stabilique sententiae; de off. 1, 67 ratione stabili firmaque.

45. *limen intrares*, § 68 tu (ausus es) illud sanctissimum limen intrare?

per tegulas, wohl durch das impluvium.

se ad pedes meos prost. § 86 complex te ad pedes abiciebas.

se, nicht te, wie Andere schreiben, da der Zorn des Vaters sich zunächst gegen den Sohn, wenn dieser die sechs Millionen von ihm forderte, richten musste.

intercessisse, Curio war also damals schon über fünfundzwanzig Jahr alt.

desid. tui disc., 'die aus der Trennung von dir hervorgehende Sehnsucht', pro Mil. 78 odio inimicitiarum mearum.

46. *sedavi vel potius sustuli*, Tusc. 3, 75 tollere aegritudinem funditus aut sedare; pro Sest. 8.

tua stünde besser vor non modo.

illis, quos videmus, gladiis, § 104 remove gladios parumper illos, quos videmus.

fideres, maledictis me provocare ausus esses? sed iam supra⁴⁷ et flagitia omittamus: sunt quaedam, quae honeste non possum dicere; tu autem eo liberior, quod ea in te admisisti, quae a verecundo inimico audire non posses. sed reliquum vitae cursum videte, quem quidem celeriter perstringam; ad haec enim, quae in civili bello, in maximis rei publicae miseriis fecit, et ad ea, quae cotidie facit, festinat animus; quae peto, ut, quamquam multo notiora vobis quam mihi sunt, tamen, ut facitis, attente audiat: debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solum rerum, sed etiam recordatio; etsi incidamus, opinor, media, ne nimis sero ad extrema veniamus.

Intimus erat in tribunatu Clodio, qui sua erga me beneficia commemorat; eius omnium incendiorum fax, cuius etiam domi iam tum quiddam molitus est. quid dicam ipse optime intellegit. inde iter Alexandream contra senatus auctoritatem, contra rem publicam et religiones; sed habebat ducem Gabinium, quicum quidvis rectissime facere posset. qui tum inde reditus aut qualis? prius in ultimam Galliam ex Aegypto quam domum. quae autem domus? suam enim quisque domum tum obtinebat nec erat usquam tua. domum dico? quid erat in terris ubi in tuo pedem poneret praeter unum Misenum, quod

19, 47. *eo liberior*, subiectiv 'du lässt dich um so freier gehen' mit Beziehung auf das vorhergehende maledictis.

celeriter perstringam, sonst leviter perstringere.

ad ea, was nach dem vorangehenden ad haec schon wegen des Wechsels des Pronomens auffällig ist, wird zu streichen sein.

excitare animos, 'die Aufmerksamkeit erregen'.

etsi, 'indess', sonst gewöhnlich quamquam.

48. *eius* bezieht sich zunächst nicht auf das folgende cuius, sondern auf das vorhergehende Clodio, so dass wir cuius domi durch 'und in seinem Hause' übersetzen können.

cuius — molitus est, Anspielung auf ein Verhältniss des Antonius mit der damals noch mit Clodius verheiratheten Fulvia.

iter Alexandr., 55 um mit Gabinium den Ptolemäus Auletes wieder einzusetzen. *et religiones*, gegen ein Orakel der sibyllinischen Bücher.

quicum, das immer auf etwas Allgemeines geht, bezieht sich auf ducem 'er hatte an dem Gabinium einen Führer, mit dem er'.

rectissime, 'ohne die mindeste Gefahr', de off. 2, 33 his liberos rectissime committi arbitramur.

in ult. Gall., zum Cäsar.

quae u. s. w. Allein du hattest kein Haus, ja nicht einmal ein Eigenthum.

quae autem domus? steht wie 1, 20 quae ista tertia decuria? *domum dico?* bezieht sich auf eben jene Worte, nicht auf das dazwischen stehende suam enim quisque domum tum obtinebat.

in terris, § 50; 57; pro Cael. 12; in terra ist ungewöhnlich.

ubi in tuo pedem poneret, 3, 28 in possessionem libertatis pedem ponimus; in Verr. 2, 1, 62 equo in oppido pedem posuit?; pro Lig. 24 prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere; ad Att. 13, 2, 2 pedem ubi poneret in suo non habebat.

20
49 cum sociis tamquam Sisaponem tenebas? venisti e Gallia ad quaesturam petendam. aude dicere te prius ad parentem tuam venisse quam ad me. acceperam iam ante Caesaris litteras, ut mihi satis fieri paterer a te: itaque ne loqui quidem sum te passus de gratia. postea sum cultus a te, tu a me sublevatus in petitione quaesturae; quo quidem tempore P. Clodium approbante populo Romano in foro es conatus occidere, cumque eam rem tua sponte conarere, non impulsu meo, tamen ita praedicabas, te non existimare, nisi illum interfecisses, umquam mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum. in quo demiror cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cum te ultro mihi idem illud deferentem numquam sim adhortatus; quoniam, si in eo perseverares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam quam ad meam gratiam. quaestor es factus: deinde continuo sine senatus consulto, sine sorte, sine lege ad Caesarem cucurristi. id enim unum in terris egestatis, aeris alieni, nequitiae perditis vitae rationibus perfugium esse ducebas. ibi te cum et illius largitionibus et tuis rapinis explevises, si hoc est explere *haurire* quod statim effundas, advolasti egens ad tribunatum, ut in eo magistratu, si posses, viri tui similis esses.

21 Accipite nunc, quaeso, non ea, quae ipse in se atque in domesticum decus impure et intemperanter, sed quae in nos fortunasque nostras, id est in universam rem publicam, impie ac nefarie fecerit: ab huius enim scelere omnium malorum

Sisaponem, ein von einer Gesellschaft gepachtetes Zinnoberbergwerk im südlichen Spanien.

20, 49. *ad parentem*, Iulia, Tochter des L. Iulius Cäsar, Consul 90, vgl. § 58.

litteras ut, wie pro Lig. 7 qui ad me ex Aegypto litteras misit ut essem idem qui fuisset. *mihi satis fieri paterer*, ich möchte mich mit dir versöhnen, indem ich deine Entschuldigung annähme.

deferentem, deferre wird gern mit ultro verbunden in der Bedeutung 'von selbst anbieten'.

quamquam u. s. w. Da diese Worte offenbar den Grund angeben, weshalb Cicero auf die Anerbietungen des Antonius nicht einging, so ist statt des handschriftlichen *quamquam* ein *quoniam* nothwendig.

ad tuam gloriam — gratiam, ich wollte lieber, dass die Leute dir den Ruhm der That zuschrieben, als dass sie meinten, du hättest sie gethan, um meine Gunst zu erlangen, wobei freilich um der Gleichmässigkeit willen im ersten Gliede der Ausdruck nicht ganz den Gedanken deckt.

50. *perditis vitae rationibus*, 'bei deinen zerrütteten Verhältnissen'. *advolasti — ad trib.*, wie ein Raubvogel zum Frass, pro Sest. 54 ad meum sanguinem hauriendum . . . advolaverunt.

viri tui, dem Curio, der 50 als Tribun für Cäsar wirkte.

21. *non ea quae — sed quae*, das ea müsste nach dem sonstigen Sprachgebrauch Ciceros fehlen.

impie ac nefarie, in Verr. 2, 1, 6 multa enim et in deos et in homines impie nefarieque commisit.

principium natum reperietis. nam cum L. Lentulo C. Marcello 51 consulibus Kalendis Ianuariis labentem et prope cadentem rem publicam fulcire cuperetur, ipsique C. Caesari, si sana mente esset, consulere velletis, tum iste venditum atque emancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit cervicesque suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis occiderunt. in te, M. Antoni, id decrevit senatus et quidem incolumis, nondum tot luminibus extinctis, quod in hostem togatum decerni est solitum more maiorum. et tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es, cum ab hoc ordine ego conservator essem, tu hostis rei publicae iudicatus? commemoratio illius tui sceleris intermissa est, non memoria deleta. dum genus hominum, dum populi Romani nomen exstabit — quod quidem erit, si per te licebit, sempiternum —, tua illa pestifera intercessio nominabitur. quid cupide a senatu, quid temere fiebat, cum 52 tu unus adulescens universum ordinem decernere de salute rei publicae prohibuisti, neque semel, sed saepius, neque tu tecum de senatus auctoritate agi passus es? quid autem agebatur nisi ne deleri et everti rem publicam funditus velles? cum te neque principes civitatis rogando neque maiores natu monendo neque frequens senatus agendo de vendita atque addicta sententia movere potuisset, tum illud multis rebus ante temptatis necessario tibi volnus inflictum est, quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo: tum contra te dedit arma hic ordo consulibus 53 reliquisque imperiis et potestatibus: quae non efflugisses, nisi

principium natum, pleonastisch, wie Tusc. 1, 8 ergo ita nascetur exordium und oft.

51. *nam cum*, in der folgenden genaueren Zeitangabe lässt sich eine gewisse absichtliche Feierlichkeit nicht verkennen.

labentem et prope cadentem, Brut. 185 quibus vitiis orator . . . in his labatur aut cadat.

vend. atque emanc., § 52 vendita atque addicta sententia.

trib. — oppos., durch seine und des Q. Cassius Intercession gegen den Senatsbeschluss, der den Cäsar für einen Feind des Staats erklärte, wenn er das Heer nicht entlasse.

ei subiecit securi, dem im Folgenden bezeichneten Senatsbeschluss dent operam consulens ne quid detrimenti respublica caperet.

dum genus — exstabit, pro Rosc. am. 91 nam dum hominum genus

Cicero Philipp Reden.

erit, qui accuset eos non deerit, dum civitas erit, iudicia fient.

52. *adulescens*, wie Antonius auch schon § 16, als von Cicero Consul die Rede ist, genannt wird; im Jahr 49 war er vierunddreissig Jahr alt.

neque semel, sed saepius, Tusc. 5, 56 non semel respondit (C. Marius) sed saepe: moriatur, so auch iterum ac saepius.

neque maiores natu monendo, ad Att. 1, 5, 2 litteras ad eum misi quibus et placarem ut fratrem et monerem ut minorem.

53. *imper. et potest.*, 'Militär- und Civilgewalten', de leg. 1, 23 si vero isdem imperiis et potestatibus parent; 3, 9 imperia, potestates, legationes cum senatus creverit populusve iusserit ex urbe exeunto.

nisi — contulisses, Hor. epp. 2, 2, 47 Civilisque rudem belli tulit

22 te ad arma Caesaris contulisses. tu, tu, inquam, M. Antoni, princeps C. Caesari omnia perturbare cupienti causam belli contra patriam inferendi dedisti. quid enim aliud ille dicebat? quam causam sui dementissimi consilii et facti adferebat, nisi quod intercessio neglecta, ius tribunicium sublatum, circumscriptum a senatu esset Antonius? omitto quam haec falsa, quam levia, praesertim cum omnino nulla causa iusta cuiquam esse possit contra patriam arma capiendi. sed nihil de Caesare: tibi certe confitendum est causam perniciosissimi belli persona tua
54 constitisse. o miserum te, si haec intellegis, miseriorem, si non intellegis hoc litteris mandari, hoc memoriae prodi huius rei ne posteritatem quidem omnium saeculorum umquam immemorem fore, consules ex Italia expulsos, cumque eis Cn. Pompeium, quod imperii populi Romani decus ac lumen fuit, omnis consularis, qui per valetudinem exsequi cladem illam fugamque potuissent, praetores, praetorios, tribunos plebis, magnam partem senatus, omnem subolem iuventutis, uno[que] verbo
55 rem publicam expulsam atque exterminatam suis sedibus! ut igitur in seminibus est causa arborum et stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. doletis tris exercitus populi Romani interfectos: interfecit Antonius; desideratis clarissimos civis: eos quoque nobis eripuit Antonius; auctoritas huius ordinis adflata est: adflixit Antonius; omnia denique, quae postea vidimus — quid autem mali non vidimus? — si recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. ut Helena Troianis, sic iste rei publicae [belli] causa pestis atque exitii fuit.

aestus in arma Caesaris Augusti non responsura lacertis.

22. tu, tu, inquam, ähnlich § 90. inferendi ist vielleicht zu streichen; jedenfalls ist bellum contra aliquem inferre ganz singular. causam dedisti, § 72 ego ad illum belli civilis causam attuli.

circumscriptus, derselbe Ausdruck von Cäsar gebraucht de bell. civ. I, 32.

constitisse, mit Abl. wie 3, 19.

54. hoc litteris mandari, § 34 quae tam ingratae litterae reperientur?

poster. — saecul., pro Marc. 28 illa vita est tua quae vigeat memoria saeculorum omnium.

qui — potuissent, denen ihre Gesundheit erlaubte, sich jener unheilvollen Flucht zu unterziehen, ad Att. 9, 12, 1 cur non omnes fatum illius una exsecuti sumus?

uno[que] verbo, scheint sonst bei Cicero nicht vorzukommen; jedenfalls wird das Asyndeton vorzuziehen sein; vgl. Plaut. rud. 652 Uno verbo absolvam, lenost.

55. ut igitur — stirpium, de div. 1, 123 atque ut in seminibus vis inest earum rerum quae ex iis progignuntur, sic in causis conditae sunt res futurae.

tris exercitus, § 75 ter depugnavit Caesar cum civibus in Thessalia, Africa, Hispania.

eos quoque — Antonius, insofern auch das interficere ein eripere ist. si — ratiocinabimur, 'wenn wir richtig nachrechnen', de off. 1, 59 ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus.

[belli], offenbar eine Erklärung zu pestis atque exitii.

reliquae partes tribunatus principii similes: omnia perfecit, quae senatus salva re publica ne fieri possent perfecerat; cuius ta-
23 men scelus in scelere cognoscite: restituebat multos calamito-
58 sos: in eis patrum nulla mentio. si severus, cur non in omnibus? si misericors, cur non in suos? sed omitto ceteros: Licinium Denticulum de alea condemnatum, conluserem suum, restituit quasi vero ludere cum condemnato non liceret, sed ut, quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolveret, quam atulisti rationem populo Romano cur eum restitui oporteret? absentem, credo, in reos relatum; rem indicta causa iudicatam; nullum fuisse de alea lege iudicium; vi oppressum et armis; postremo, quod de patruo tuo dicebatur, pecunia iudicium esse corruptum? nihil horum. at vir bonus et re publica dignus. nihil id quidem ad rem; ego tamen, quoniam condemnatum esse pro nihilo est, ita ignoscerem: hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege, quae est de alea, condemnatum qui in integrum restituit, is non apertissime studium suum ipse profitetur? in eodem vero tribunatu, cum
57 Caesar in Hispaniam proficiscens huic conculcandam Italiam tradidisset, quae fuit eius peragratio coloniarum, lustratio mu-

quae — perfecerat, 'dem der Senat vorgebeugt hatte'; aber mit Absicht ist dasselbe Wort, wie vom Antonius gebraucht.

23, 58. calamitosos, 'Verurtheilte', wie calamitas gerade in dieser Beziehung öfter gebraucht wird, de off. 1, 138 hic (Scaurus) in domum multiplicatam non repulsam solum rettulit, sed ignominiam etiam et calamitatem.

patrum, C. Antonius, der mit Cicero 63 Consul gewesen und wegen Erpressungen verurtheilt war.

quasi vero muss um das folgende sed ut zu erklären, ohne Weiteres für non quo genommen werden. Da dies äusserst hart ist, möchte vielleicht für sed scilicet zu lesen sein, wenn man nicht vor quasi vero einen Satz wie non ut luderet cum eo einschieben will.

beneficio legis, von dem Geld, das er von Licinius für das zu seinen Gunsten erlassene Gesetz erhielt.

lege iudicium = legitimum iudicium.

nihil horum, pro Cael. 34 cur tibi Caelius tam coniunctus fuit? cognatus? affinis? viri tui familiaris? nihil eorum.

nihil id quidem ad rem, § 72 ius postulabas, sed quid ad rem?

lege quae est de alea, die lex alearia schon von Plaut. mil. 164 erwähnt. Die Verurtheilten wurden durch Ersatz des quadruplum und Infamie bestraft.

studium, 'Spielwuth'; suum ipse, 'seine eigne'.

57. conculc. — trad., ad Att. 8, 11, 4 conculcari, inquam, miseram Italiam proxima aestate videbis.

coloniarum. So ist für das handschriftliche itinerum zu lesen, da man nicht sagen kann peragrare itinera wie terras, maria und Aehnliches, § 100 peragratis veteranorum coloniis.

eius peragratio coloniarum. Wenn zwei Genitive, jeder für sich, von demselben Substantiv abhängen, werden sie meistens durch das Substantivum getrennt; wenn sie voranstehen, folgt der Genitiv der Sache gewöhnlich dem der Person.

nicipiorum! scio me in rebus celebratissimis omnium sermone versari, eaque, quae dico dicturusque sum, notiora esse omnibus, qui in Italia tum fuerunt, quam mihi, qui non fui: notabo tamen singulas res, etsi nullo modo poterit oratio mea satis facere vestrae scientiae. etenim quod umquam in terris tantum flagitium exstitisse auditum est? [tantam turpitudinem?] tantum dedecus? vehebatur in essedo tribunus plebis; lictores laureati antecedeabant, inter quos aperta lectica mima portabatur, quam ex oppidis municipales homines honesti, ob viam necessario prodeuntes, non noto illo et mimico nomine, sed Volumniam consalutabant. sequebatur raeda cum lenonibus, [comites nequissimi]; reiecta mater amicam impuri filii tamquam nurum sequebatur. o miserae mulieris fecunditatem calamitosam! horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, praefecturas, colonias, totam denique Italiam impressit.

Reliquorum factorum eius, patres conscripti, difficilis est sane reprehensio et lubrica: versatus in bello est; saturavit se sanguine dissimillorum sui civium: felix fuit, si potest ulla in scelere esse felicitas, sed quoniam veteranis cautum esse volumus, quamquam dissimilis est militum causa et tua — illi secuti sunt, tu quaesisti ducem —, tamen, ne apud illos me in invidiam voces, nihil de genere belli dicam. victor e Thessalia Brundisium cum legionibus revertisti. ibi me non occidisti: magnum beneficium! potuisse enim fateor, quamquam nemo erat eorum, qui tum tecum fuerunt, qui mihi non censeret parci oportere. tanta est enim caritas patriae, ut vestris etiam legionibus sanctus essem, quod eam a me servatam

qui non fui, obwohl Cicero noch über einen Monat nach dem Abgang Cäsars in Italien blieb.

vestrae scientiae = vobis scientibus, wie § 64 quod omnium fugisset audacia; § 67 urbis et regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset.

[tantam turpitudinem?] Durch Weglassung dieser Worte, die offenbar eine Erklärung zu tantum dedecus? sind, gewinnt die Rede bedeutend an Kraft.

24, 58. in essedo, auf einem Britanni- schen Wagen, wie sie erst kürzlich in Italien eingeführt waren. tribunus plebis, während die Volkstribunen sich wahrscheinlich gar keines Wagens bedienen durften.

lictiores laureati, die Lictoren waren vom Cäsar ertheilt, nicht nur

dem Antonius, sondern z. B. auch dem Curio.

ob viam — prodeuntes, § 78 C. Caesari . . . ob viam longissime processisti.

non noto — nomine. Sie hiess Cytheris und war die Geliebte eines Senators Volumnias.

raeda, bequemer Reisewagen, besonders für Frauen, pro Mil. 28.

[comites nequissimi] unterbricht den Zusammenhang und scheint eine Glosse zu lenonibus.

vestigiis impressit, dagegen or. 12 sermonum, in quibus Platonis primum sunt vestigia impressa.

59. diffc. et lubr., wegen der Veteranen.

felix fuit, indem das Glück bei seiner Partei war.

esse meminissent. sed fac id te dedisse mihi, quod non admisti, meque a te habere vitam, quia non a te sit erepta: licuitne mihi per tuas contumelias hoc tuum beneficium sic tueri, 25 ut tuebar, praesertim cum te haec auditurum videres? venisti 61 Brundisium, in sinum quidem et in complexum tuae mimulae. quid est? num mentior? quam miserum est id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri! si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus? quis enim miles fuit qui Brundisii illam non viderit? quis qui nescierit venisse eam tibi tot dierum via ob viam gratulatum? quis qui non indoluerit tam sero se quam nequam hominem secutus esset cognoscere? Italiae rursus percursatio eadem comite mima; in oppida mili- 62 tum crudelis et misera deductio; in urbe auri, argenti maximeque vini foeda direptio. accessit ut Caesare ignaro, cum esset ille Alexandreae, beneficio amicorum eius magister equitum constitueretur. tum existimavit se suo iure cum Hippia vivere et equos vectigalis Sergio mimo tradere; tum sibi non hanc, quam nunc male tuetur, sed M. Pisonis domum ubi habitaret legerat. quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? cogebat egestas; quo se verteret non habebat: nondum ei tanta a L. Rubrio, non a L. Turselio hereditas venerat; nondum in Cn. Pompei

60. tueri = fovere, grata memoria prosequi, ad Att. 13, 49 quod ego perinde tuebar ac si usus essem.

te haec auditurum, 'dass du dergleichen würdest zu hören bekommen', Hor. sat. 1, 6, 29 Audit continuo quis homo hic aut quo patre natus; sat. 1, 4, 53.

25, 61. in sinum quidem et in compl., ebenso verbunden Phil. 13, 9 und Cat. 2, 22.

si — exercitus. Das Verbum ist aus dem ersten Satz zum zweiten zu ergänzen, Hor. sat. 1, 6, 55 quia non, ut forsit honorem Iure mihi invidet quivis, ita te quoque amicum.

tot dierum via, Tac. ann. 3, 5 non fratrem nisi unius diei via, non patrum saltem porta tenus obvium; pro Planc. 98 cum tamen abessent aliquot dierum viam; de div. 1, 27 cum iam progressus esset multorum dierum viam.

62. deductio, hier Einquartirung, nicht Ansiedlung.

maximeque, sonst auch maxime allein.

Caesare ignaro. Dies ist falsch, er wurde von Cäsar selbst gewählt.

Hippia, ein Mime; Anspielung auf die Söhne des Pisistratus, da Hipparch die Uebersetzung des römischen magister equitum ist.

vectigales equos. Er übertrug die Stellung der Rennpferde bei den öffentlichen Spielen, die sonst gewöhnlich von Senatoren und Rittern besorgt wurde, an den Schauspieler Sergius; auf diesen Pferden lastete wohl eine bestimmte Abgabe, daher vectigales.

hanc, des Cn. Pompeius. possessiones datas, possessionem dare wie in possessionem mittere, 'Erlaubniss zur Besitzergreifung geben'.

quo — habebat, § 74 haerebat nebulo; quo se verteret non habebat.

non a L. Turselio, man erwartete zwischen dem vorhergehenden

locum multorumque aliorum, qui aberant, repentinus heres successerat. erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset.

63 Sed haec, quae robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potius de nequissimo genere levitatis: tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. o rem non modo visu foedam, sed etiam auditu! si inter cenam in ipsis tuis inmanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in coetu vero populi Romani negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum et totum tribunal implevit. sed haec ipse fatetur esse in suis sordibus: veniamus ad splendidiora.

26 64 Caesar Alexandra se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur, mea autem sententia, qui rei publicae sit hostis, felix esse nemo potest. hasta posita pro aede Iovis Statoris bona subiecta Cn. Pompei — miserum me! consumptis enim lacrimis tamen infixus haeret animo dolor — bona, inquam, Cn. Pompei Magni voci acerbissimae subiecta praeconis. una in illa re servitutis oblita civitas ingemuit servientibusque manibus, cum omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi Romani liber fuit. expectantibus omnibus quisnam esset tam impius, tam demens, tam dis hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inventus est nemo praeter Antonium, praesertim cum tot essent circum hastam illam, qui alia omnia auderent: unus inventus est qui id aude- 65 ret, quod omnium fugisset et reformidasset audacia. tantus igitur te stupor oppressit vel, ut verius dicam, tantus furor,

und folgenden nondum auch hier dasselbe.

repentinus heres, Hor. od. 2, 18, 6 neque Attali Ignotus heres regiam occupavi.

ut tantum — potuisset, ähnlich pro Sext. 91.

63. *inter cenam*, so immer, nicht in cena.

in poculis, in Verr. 5, 28 legibus quae in poculis ponebantur.

in suis sordibus — splendidiora, in Vat. 13 ac tibi iam ante praescribo ne tuas sordis cum clarissimorum virorum splendore permisceas.

26, 64. *felix*, wie § 59.

Iovis Statoris, am Fuss des Palatin.

infixus — dolor, Tusc. 3, 3 poetae . . . inhaerescunt penitus in mentibus.

Magni, zur Steigerung ebenso wie acerbissimae hinzugesetzt.

manibus für animis, da das durch Seufzen sich offenbarende Gefühl mit der Unfähigkeit zu handeln in Gegensatz tritt.

illud scelus sectionis = illam scelestam sectionem. *accederet*, accedere ad hastam gewöhnlicher Ausdruck bei Auctionen.

alia omnia, omnia substantivisch wie alii multi, millibus atque aliis Hor. sat. 1, 6, 111.

ut primum, cum sector sis isto loco natus, deinde cum Pompei sector, non te execratum populo Romano, non detestabilem, non omnis tibi deos, non omnis homines esse inimicos et futuros scias? at quam insolenter statim helluo invasit in eius viri fortunas, cuius virtute terribilior erat populus Romanus exteris gentibus, iustitia carior? in eius igitur viri copias 27 cum se subito ingurgitasset, exultabat gaudio persona de mimo, modo egens, repente dives. sed, ut est apud poetam nescio quem 'male parla male dilabuntur'. incredibile ac simile portenti est, quonam modo illa tam multa quam paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit. maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa et lauta supellex et magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis: horum paucis diebus nihil erat. quae Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quae si fuit, animal 67 unum fuit: Oceanus, me dius fidius, vix videtur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas tam cito absorbere potuisse: nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum; apothecae totae nequissimis hominibus condonabantur; alia mimi rapiebant, alia mimae; domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum; totos dies potabatur atque id locis pluribus; suggerebantur etiam saepe — non enim semper iste felix — damna aleatoria; conchyliatis Cn. Pompei peristromatis servorum in cellis

65. *isto loco natus* = tam nobilis. *non vor omnis homines* ist wohl zu streichen, da so nach der ersten durch das dreimal wiederholte non gebildeten Anaphora dieneue durch das zweimalige omnis deutlicher hervortritt.

exteris gentibus, so bei Cicero, nicht externae gentes, ebenso externae nationes.

27. *persona de mimo*, pro Mil. 65 popa Licinius nescio qui de circo maximo.

poetam nescio quem, Cn. Naevius. 66. *incred. ac sim. port.*, pro Lig. 11 haec admirabilia; sed prodigii simile est quod dicam.

numerus, auch von stofflichen Gegenständen, 'Masse'.

magnifica multis locis, 'grossentheils prächtig', Lael. 47 quae est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed reapse multis locis repudianda.

abundantis, absolut 'wohlhabend', Parad. 43 haec utrum abun-

dantis an egentis signa sunt? vgl. noch zu dem Gegensatz luxuriosi — abundantis Tac. ann. 3, 30 copia et affluentia luxu propior.

67. *quae Charybdis*, pro Mur. 35 quod enim fretum, quem Euripum u. s. v.

vix videtur — potuisse, Plaut. Bacch. 695 vix videtur fieri posse.

nihil erat clausum u. s. v., clausum sera, obsignatum sigillo, scriptum titulis, ein Anticlimax.

aleatoribus referta, sonst Personen bei refertus im Genitiv, doch ebenso pro Deiot. 33 armatis militibus refertum forum.

totos dies, ad Att. 8, 11, 1, lamentari autem licet illud tamen totos dies.

suggerebantur = accedebant. *felix* mit Beziehung auf § 59.

conchyliatis — peristromatis, Catull. 43, 24 Pulvinar . . . Indo quod dente politum Tineta tegit roseo conchyli purpura fuco.

lectos stratos videres. quam ob rem desinite mirari haec tam celeriter esse consumpta: non modo unius patrimonium quamvis amplum, ut illud fuit, sed urbis et regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset. at idem aedis etiam et hortos, ⁶⁸ o audaciam immanem! tu etiam ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? tu illarum aedium dis penatibus os impurissimum ostendere? quam domum aliquamdiu nemo aspicere poterat, nemo sine lacrimis praeterire, hac te in domo tam diu deversari non pudet? in qua, quamvis nihil ²⁸ sapias, tamen nihil tibi potest esse iucundum. an tu illa in vestibulo rostra cum aspexisti, domum tuam te introire putas? fieri non potest. quamvis enim sine mente, sine sensu sis, ut es, tamen et te et tua et tuos nosti. nec vero te umquam neque vigilantem neque in somnis credo posse mente consistere: necesse est, quamvis sis, ut es, vinolentus et furens, cum tibi obiecta sit species singularis viri, perterritum te de ⁶⁹ somno excitari, furere etiam saepe vigilantem. me quidem miseret parietum ipsorum atque tectorum: quid enim umquam domus illa viderat nisi pudicum, quid nisi ex optimo more et sanctissima disciplina? fuit enim ille vir, patres conscripti, sicuti scitis, cum foris clarus tum domi admirandus, neque rebus externis magis laudandus quam institutis domesticis: huius in aedibus pro cubiculis stabula, pro conclavibus popinae sunt. etsi iam negat: nolite quaerere; frugi factus est: illam suam

tanta nequitia, Nominativ, vgl. § 65 audacia.

^{68.} *etiam*, 'auch nur'.

os impur. ostendere, pro *Rosc.* am. 87 solus tu inventus es . . . qui os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres.

nemo aspicere. Zwischen beide Wörter möchte man versucht sein ein sine gemitu einzuschleiben, wegen der Gleichstellung mit dem folgenden sine lacrimis.

in qua — *iucundum*, 'so wenig Geschmack du auch hast, kann dir doch Nichts darin schmecken'.

^{28.} *rostra*, aus dem Seeräuberkrieg.

te et tua, ad Att. 11, 24, 3 quod me mones ut me meaque ad tempus admodum.

in somnis, de div. 1, 46; 49; 51; 115; 121; so schon Plaut, most. 490; 491; 493; mil. 383.

mente consistere, in Verr. 2, 1, 8 religiones . . . consistere eius ani-

mum sine furore atque amentia non sinunt; Cato maior 74 animo consistere.

vinolentus et furens, § 101 quid furiosam vinolentiam tuam proferam?

de somno vigilantem, in chiastischer Beziehung zu dem vorhergehenden neque vigilantem neque in somnis.

^{69.} *quid* — *disciplina*? pro Deiot. 20 num quid nisi . . . ex hominis gravissimi et sanctissimi disciplina?

rebus externis = rebus foris gestis, Tac. ann. 3, 52 inturbidus externis rebus annus; de off. 1, 74 sed cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse quam urbanas, minuenda est haec opinio.

illam suam, pro Scauro 9 cum audisset Arinem cum illa sua metus et fugae simulatione Romam se contulisse.

suas res sibi habere iussit, ex duodecim tabulis clavis ademit, exegit. quam porro spectatus civis, quam probatus! cuius ex omni vita nihil est honestius quam quod cum mima fecit divortium. at quam crebro usurpat: 'et consul et Antonius?' ⁷⁰ hoc est dicere, et consul et impudicissimus, et consul et homo nequissimus. quid est enim aliud Antonius? nam si dignitas significaretur in nomine, dixisset, credo, aliquando avus tuus se et consulem et Antonium: numquam dixit; dixisset etiam conlega meus, patruus tuus, nisi si tu es solus Antonius. sed omitto ea peccata, quae non sunt earum partium propria, quibus tu rem publicam vexavisti: ad ipsas tuas partis redeo, id est ad civile bellum, quod natum, conflatum, susceptum opera tua est, cui bello cum propter timiditatem tuam tum propter ²⁹ libidines defuisti. gustaras civilem sanguinem vel potius ⁷¹ exsorbueras; fueras in acie Pharsalica antesignanus; L. Domitium, clarissimum et nobilissimum virum, occideras, multosque praeterea, qui e proelio effugerant, quos Caesar, ut non nullos, fortasse servasset, crudelissime persecutus trucidaras: quibus rebus tantis talibus gestis quid fuit causae cur in Africam Caesarem non sequerere, cum praesertim belli pars tanta restaret? itaque quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti? cuius tu imperatoris quaestor fueras, dictatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis auctor, praedae socius, testamento, ut dicebas ipse, filius, appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. primo respondisti plane ⁷² rociter, et, ne omnia videar contra te, prope modum aequa et iusta dicebas: 'a me C. Caesar pecuniam? cur potius quam ego ab illo? an sine me ille vicit? at ne potuit quidem: ego

suas res sibi habere, die gewöhnliche Formel bei Ehescheidungen, Plaut, Amph. 928 Valeas, tibi habeas res tuas, reddas tuas.

clavis, die Schlüssel waren die Zeichen der Hausfrau.

^{70.} *hoc est dicere*, für das einfache hoc est.

homo nequissimus, nicht nequissimus allein, wie § 67 hominibus nequissimis; § 77 o hominem nequam.

significaretur in nomine, significare gewöhnlich mit Abl. oder ex; vielleicht ist die Präposition zu streichen.

numquam dixit, 'er that es niemals'.

^{29, 71.} *antesignanus*, Antonius commandirte bei Pharsalus den

linken Flügel, der jedoch nicht in's Gefecht kam.

tantis talibus, das Asyndeton ist auffallend, vgl. in Pis. 7 tale atque tantum.

belli pars tanta, in Verr. 2, 5, 6 necum in Sicilia quidem fuit eodem intervallo pars eius belli in Italiam ulla pervasit.

belli princeps, § 106 quorum alter gladiatorum est princeps. Uebrigens haben sich diese und die folgenden Worte freier an das vorhergehende cuius angeschlossen.

ut dicebas ipse, fälschlich.

appellatus es. Vor diesem Worte scheint ab eo mit Bezug auf cuius eingeschoben werden zu müssen.

ad illum belli civilis causam attuli; ego leges perniciosas rogavi; ego arma contra consules imperatoresque populi Romani, contra senatum populumque Romanum, contra deos patrios arasque et focos, contra patriam tuli. num sibi soli vicit? quorum facinus est commune, cur non sit eorum praeda communis? ius postulabas, sed quid ad rem? plus ille poterat. itaque excussis tuis vocibus et ad te et ad praedes tuos milites misit, cum repente a te praeclara illa tabula prolata est. qui risus hominum! tantam esse tabulam, tam varias, tam multas possessiones, ex quibus praeter partem Miseni nihil erat quod qui auctionaretur, posset suum dicere; auctionis vero miserabilis aspectus: vestis Pompei non multa eaque maculosa; eiusdem quaedam argentea vasa conlisa, sordidata mancipia, ut doleremus quicquam esse ex illis quod videre possemus. hanc tamen auctionem heredes L. Rubrii decreto Caesaris prohibuerunt. haerebat nebulo: quo se verteret non habebat: quin eis ipsis temporibus domi Caesaris percussor ab isto missus deprehensus dicebatur esse cum sica: de quo Caesar in senatu aperte in te invehens questus est. proficiscitur in Hispaniam Caesar paucis tibi ad solvendum propter inopiam tuam prorogatis diebus: ne tum quidem sequeris. tam bonus gladiator rudem tam cito? hunc igitur quisquam, qui in suis partibus, id est in suis fortunis, tam timidus fuerit, pertimescat? profectus est aliquando tandem in Hispaniam; sed tuto, ut ait, pervenire non potuit. quonam modo igitur Dolabella pervenit? aut non suscipienda fuit ista causa, Antoni, aut, cum suscepisses defendenda usque ad extremum. ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania: omnibus adfuit his

72. *leges* — *rogavi*, als Volkstribun.

arma — *tuli*, pro Lig. 16 tulit arma contra te. *deos* — *focos*, § 75 repetebant praeterea deos patrios aras focos, wo also das Asyndeton vorgezogen ist.

ius postulabas, siehe zu 1, 27.

73. *excussis vocibus*, 'ohne sich an dein Geschrei zu kehren'; doch wäre dieser übertragene Gebrauch von *excutere* sehr kühn, weshalb wohl mit einigen Handschriften *exclusis* zu schreiben ist.

praeter partem Miseni, da ihm das Landgut bei Misenum nach § 48 nicht ganz gehörte.

quicquam — *possemus*, 'dass noch etwas von jener zu sehen übrig war'.

74. *hanc* — *prohibuerunt*, weil sie einen Theil davon als die ihnen zukommende Erbschaft in Anspruch nahmen.

missus, gewöhnlicher wäre *immissus*.

prorogatis diebus, § 24, 109.

rudem tam cito, der Stab war das Zeichen der Verabschiedung, Hor. epp. 1, 1, 2.

in suis partibus — *fortunis*, als es sich um das Interesse seiner Partei, auf welchem auch seine Existenz und sein Vermögen beruhte, handelte.

30, 75. *aliquando tandem*, gewöhnlich in umgekehrter Stellung.

aut non — *extremum*, Liv. 5, 4, 9 aut non suscipi bellum oportuit aut geri pro dignitate populi Romani.

pugnis Dolabella; in Hispaniensi etiam vulnus accepit. si de meo iudicio quaeris, nollem; sed tamen consilium a primo reprehendendum, laudanda constantia: tu vero quid es? Cn. Pompei liberi tum primum patriam repetebant — esto; fuerit haec partium causa communis — repetebant praeterea deos patrios, aras, focos, larem suum familiarem, in quae cuncta tu invaseras. haec cum peterent armis ei, quorum erant legibus, — etsi in rebus iniquissimis quid potest esse aequi? — tamen quem erat aequissimum contra Cn. Pompei liberos pugnare? quem? te, sectorem. an cum tu Narbone mensas hospitem convome- res, Dolabella pro te in Hispania dimicaret?

Qui vero Narbone reditus! etiam quaerebat cur ego ex ipso cursu tam subito revertissem. exposui nuper, patres conscripti, causam reditus mei: volui, si possem, etiam ante Kalendas Ianuarias prodesse rei publicae. nam, quod quaerebas, quo modo redissem, primum luce, non tenebris; deinde cum calceis et toga, nullis nec Gallicis nec lacerna. at etiam aspicias me et quidem, ut videris, iratus. ne tu iam mecum in gratiam redeas, si scias quam me pudeat nequitiae tuae, cuius te ipsum non pudet: ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi: qui magister equitum fuisse tibi videre, in proximum annum consulatum peteres vel potius rogares, per municipia coloniasque Galliae, e qua nos tum, cum consulatum petebatur, non rogabatur, petere consulatum soleba-

a primo, Tusc. 1, 54; de fin. 5, 15; de rep. 2, 45; ad Att. 8, 11; 16, 7, 4.

quid es? = qualis es? ad fam. 5, 12, 6 neque enim tu is es qui quid sis nescias; Hor. sat. 1, 6, 55 Vergilius post hunc, Varius dixere quid essem.

tum primum, nicht zu verbinden, sondern *primum* steht mit Beziehung auf das folgende praeterea. *patriam repetebant* u. s. w. Dass sie in ihr Vaterland zurückkehren wünschten, mochte dich vielleicht noch nicht bestimmen die Waffen gegen sie zu ergreifen, jedenfalls aber musste dich dazu ihr Bestreben treiben, die von dir in Besitz genommenen väterlichen Güter wiederzuerlangen.

etsi — *aequi*, mit Bezug auf das folgende aequissimum, wodurch sich auch tamen erklärt; sed tamen würde stehen, wenn ein quem erat aequum vorherginge.

quem? te sectorem, in Verr. 2, 4,

5 sed earum artificem, quem? quemnam? recte admones, Polyclitum dicebant.

76. *Narbone*, bis wohin er gekommen war. *qui* — *reditus*, § 108 qui vero inde reditus Roman.

Gallicis, nämlich soleis, also in griechischer Fußbekleidung, sonst auch *crepidae* genannt, wobei der obere Theil des Fußes frei blieb. Tacitus nennt dies beim Germanicus ann. 2, 59 pedibus intactis incedere; ähnlich als eines Römers unwürdige Tracht bezeichnet *socci ac pallium* pro Rab. post. 27.

at etiam, § 85; 87; *aspicias me*, pro Mil. 33 et aspexit me illis quidem oculis quibus tum solebat cum omnibus omnia minabatur.

ut videris, wir sagen 'wie es scheint'.

ex omnium omnibus flagitiis, pro Cael. 14 omnes omnibus ex terris homines improbos.

e qua — *petere cons. sol.*, durch

- ³¹
⁷⁷ mus, cum Gallicis, et lacerna cucurristi. at videte levitatem hominis: cum hora diei decima fere ad Saxa rubra venisset, delituit in quadam cauponula atque ibi se occultans perpotavit ad vesperam; inde cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit capite obvoluto. ianitor: 'quis tu?' 'a Marco tabellarius.' confestim ad eam, cuius causa venerat, eique epistolam tradidit. quam cum illa legeret flens — erat enim scripta amatorie; caput autem litterarum sibi cum illa mima posthac nihil futurum, omnem se amorem abiecisse illum atque in hanc transfudisse — cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum invasit. o hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere, ergo, ut te Catamitum, nec opinato cum te ostendisses, praeter spem mulier aspiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? et domi quidem causam amoris habuisti, foris etiam turpiorem, ne L. Plancus praedes tuos venderet, productus autem in contionem a tribuno plebis cum respondisses te rei tuae causa venisse, populum etiam dicacem in te reddidisti. sed nimis multa de nugis: ad maiora veniamus.
- 32 C. Caesari ex Hispania redeunti olim iam longissime processisti; celeriter isti redisti, ut cognosceret te si minus fortem, at tamen strenuum: factus es ei rursus nescio quo modo

dessen Verwaltung wir uns zum Consulat empfohlen.

31, 77. *decima fere*, ebenso circiter.

Saxa rubra, Ort in Etrurien, eine Meile von Rom.

cisio, in einem leichten Wagen, pro Roscio 19.

a Marco, ehrenvolle Bezeichnung des Hausherrn durch den blossen Vornamen.

caput autem litt., was sonst meistens *sententia* heisst; übrigens würde litterarum nach dem vorhergehenden epistolam wohl besser fehlen. *transfudisse* = transtulisse.

o hominem nequam! quid enim aliud dicam?, grade so ad Att. 15, 13, 3.

magis proprie — dicere, 1, 18 *ecquid est quod tam proprie dici positum actum eius*.

metu, vor etwaigen im Auftrag Cäsars zu vollziehenden Gewaltmassregeln.

78. *causam amoris*, 'die Liebe als Veranlassung', explicativer Genit.

L. Plancus, der als Stadtpraefect die Geschäfte des praetor urbanus verwaltete.

praedes tuos venderet, kurz für praedia praedum tuorum (wie § 65 Pompei sector), da man sich im Fall einer verwirkten Schuld an die Güter der Bürgen hielt.

rei tuae causa, also nicht im Auftrage des Cäsar. Die Worte gaben wegen ihrer Zweideutigkeit, da sie auf beide vorhergehende causae bezogen werden konnten, Anlass zu Witzen.

32. *isti redisti*, § 89 cum ceteri consulares irent redirent; ad Att. 10, 1, 3 dum oratores eant redeant, wie auch dort zu lesen ist.

at tamen, nach si minus und ähnlichen Ausdrücken gewöhnlich durch das betreffende Wort getrennt, aber auch § 116 res bello gesserat quamvis rei publicae calamitosas at tamen magnas; de off. 2, 58 bonis viris si non desiderantibus at tamen adprobantibus.

familiaris. habebat hoc omnino Caesar: quem plane perditum aere alieno egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognorat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat. his igitur rebus praeclare commendatus, iussus es renuntiari⁷⁹ consul et quidem cum ipso. nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, elusus. qua in re quanta fuerit uterque vestrum perfidia in Dolabellam quis ignorat? ille promissum et receptum intervertit ad seque transtulit; tu eius perfidiae voluntatem tuam ascripsisti. veniunt Kalendae Ianuariae; cogimur in senatum: invectus est copiosius multo in istum et paratius Dolabella quam nunc ego. hic autem iratus quae⁸⁰ dixit, di boni! primum cum Caesar ostendisset se, prius quam proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum — quem negant regem, qui et faceret semper eius modi aliquid et diceret —, sed cum Caesar ita dixisset, tum hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut comitia auspiciis vel impedire vel vitare posset, idque se facturum esse adseveravit: in quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite: quid enim? istud, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si augur non esses et consul esses, minus facere potuisses? vide ne etiam facilius. nos enim nuntiationem solum habemus, consules et reliqui magistratus etiam spectionem. esto: hoc imperite; nec enim est ab homine numquam sobrio postulanda prudentia, sed videte impudentiam: multis ante mensibus in senatu dixit se Dolabellae comitia aut prohibitorum auspiciis aut id facturum esse, quod fecit. quisquamne divinare potest quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de caelo servare constituit? quod neque licet comitiis per leges, et, si qui servavit,

habebat — Caesar, Hor. sat. 1, 3, 3 Sardus habebat ille Tigellius hoc.

79. *impulsus*, wie § 98 quem etiam ad censuram petendam impulisti.

prom. et rec., 'was er ausdrücklich versprochen hatte', 5, 51 promitto, recipio, spondeo.

tu — ascripsisti, de leg. 1, 20 me quoque ascribito fratris sententiae.

80. *proficisceretur*, gegen die Parther.

sed, siehe zu 1, 27.

bonus augur, § 83; 5, 9.

sacerdotio praeditum, de domo 136 Licinia . . . sanctissimo sacerdotio praedita; Tac. ann. 1, 62 imperatorem auguratu et vetustissimis caerimoniis praeditum.

impedire, während ihrer Abhaltung.

vitare, vor derselben.

idque adseveravit, ähnlich pro Deiot. 19 at eodem te . . . rediturum dixeris itaque fecisti.

81. *nos — spectionem*. Das Recht den Himmel zu beobachten (de caelo servare), d. h. selbstständig Auspicien anzustellen hatten nur die Magistrate; die Auguren wurden von ihnen nur als Sachverständige zugezogen und theilten ihre Ermittlungen denselben mit.

aut prohibitorum, entspricht dem vorhergehenden impedire; *aut id — fecit*, d. h. er werde während ihrer Abhaltung die Comitien stören.

comitiis, nicht nur das servare de caelo selbst darf nicht während der Comitien stattfinden, sondern auch die Mittheilung über das Er-

non comitiis habitis, sed prius quam habeantur, debet nuntiare. verum implicata inscientia impudentia est: nec scit quod augur-
 82 rem nec facit quod pudentem decet. itaque ex illo die recordamini eius usque ad Idus Martias consulatum: quis umquam apparitor tam humilis, tam abiectus? nihil ipse poterat; omnia rogabat; caput in aversam lecticam inserens, beneficia quae
 33 venderet a conlega petebat. ecce Dolabellae comitorum dies: sortitio praerogativae; quiescit, renuntiatur: tacet. prima classis vocatur, renuntiatur; deinde, ita ut adsolet, XII suffragia, tum secunda classis vocatur, quae omnia sunt citius facta quam
 83 dixi. confecto negotio bonus augur — C. Laelium dices — 'alio die' inquit. o impudentiam singularem! quid videras? quid senseras? quid audieras? neque enim te de caelo servasse dixisti nec hodie dicis. id igitur obvenit vitium, quod tu iam Kalendis Ianuariis futurum esse provideras et tanto ante praedixeras. ergo hercule magna, ut spero, tua potius quam rei publicae calamitate ementitus es auspicia; obstrinxisti religione populum Romanum; augur auguri, consul consuli obnuntiasti. nolo plura, ne acta Dolabellae videar convellere, quae necesse
 84 est aliquando ad nostrum collegium deferantur. sed adrogantiam hominis insolentiamque cognoscite: quam diu tu voles.

gebniß muss vor der Abhaltung an die Magistrate gelangen. *per leges*, die lex Clodia 58, durch welche die lex Aelia et Fusca aufgehoben wurde.

82. *in aversam lecticam*, in die Rückseite der Sänfte, wo Cäsars Kopf lag.

33. *ecce*, wie es mit dem Nominativ. *sortitio praerog.* In die comitia centuriata war in nicht genau zu bestimmender Zeit das Princip der comitia tributa in der Art aufgenommen, dass die fünfunddreissig Tribus jede in fünfmal zwei Centurien (seniorum und juniorum) getheilt waren gemäss den fünf Vermögensklassen des Servius Tullius; die praerogativa wurde aus den Centurien der ersten Klasse genommen.

renuntiatur. Das Resultat der Abstimmung wurde gleich bei der praerogativa, da es hier als Omen galt, dann bei den einzelnen Klassen mitgetheilt.

ita ut adsolet, Lael. 7 cum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, ut adsolet venissemus.

XII *suffragia*, der Ritter, die auch bei der neuen Eintheilung beibehalten wurden. Die Abstimmung derselben fand, wie aus den Worten hervorgeht, gewöhnlich nach der ersten Klasse statt.

83. *C. Laelium dices*, de deor. nat. 3, 5 habeoque C. Laelium augurum eundemque sapientem, quem potius audiam dicentem de religione in illa oratione nobili quam quemquam principem Stoicorum.

alio die, die Formel, womit Versammlungen aufgelöst wurden.

praedixeras, praedicere bei Cicero nur von dem Vorhersagen von etwas Zukünftigem.

obstr. rel. pop. Nach einmal angemeldeten Auspicien, mochten sie wahr oder falsch sein, blieb die religiöse Verpflichtung; vgl. § 88 de ementitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat.

convellere, sonst gewöhnlich rescindere.

ad nostrum collegium, das Augurncollegium war eine Art Kassationshof für die Comitien.

vitiosus consul Dolabella; rursus, cum voles, salvis auspiciis creatus. si nihil est, cum augur eis verbis nuntiat, quibus tu nuntiasti, confitere te, cum 'alio die' dixeris, sobrium non fuisse; sin est aliqua vis in istis verbis, ea quae sit augur a conlega requiro.

Sed ne forte ex multis rebus gestis M. Antonii rem unam pulcherrimam transiliat oratio, ad Lupercalia veniamus. non 34 dissimulat, patres conscripti: apparet esse commotum; sudat, pallet, quidlibet, modo ne nauseet, faciat, quod in porticu Minucia fecit. quae potest esse turpitudinis tantae defensio? cupio audire, ut videam, ubi rhetoris sit tanta merces, id est, ubi campus Leontinus appareat. sedebat in rostris conlega 85 tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus. escendis, accedis ad sellam — ita eras Lupercus, ut te consulem esse meminisse deberes —, diadema ostendis. gemitus toto foro. unde diadema? non enim abiectum sustuleras, sed attuleras domo mediatum et cogitatum scelus. tu diadema imponebas cum plangore populi; ille cum plausu reiciebat. tu ergo unus, scelerate, inventus es qui, cum auctor regni esses, eumque quem conlegam habebas, dominum habere velles, idem temptares quid populus Romanus ferre et pati posset. at etiam 86 misericordiam captabas: supplex te ad pedes abiciebas. quid pe-

81. *rursus — creatus*, da er später von Antonius als Consul anerkannt wurde, 1, 31.

Lupercalia, am fünfzehnten Februar, der Verherrlichung des sühnenden und befruchtenden Lupercus geweiht, dessen Heiligthum in einer Höhle am palatinischen Hügel, das Lupercal, für das älteste in Rom galt. Zu den zwei Collegien der Luperci Fabiani und Quiritiani war zu Ehren des Cäsar noch ein drittes, die Iulii, gestiftet, dessen Vorstand Antonius war. Die Luperci liefen halbnackt, in Felle gehüllt, unter allerlei Kurzweil in der Stadt umher.

34. *quod — fecit*, auf nauseet zu beziehen, wenn nicht vielmehr nauseet als Glossem zu faciat zu streichen ist. *in portu Minucia*, im Circus Flaminius.

ubi — adpareat, 'wie man sich einen Rhetorenlohn, wie das Leontinische Grundstück, verdienen kann', doch sind die Worte wahrscheinlich zu streichen.

85. *sedebat coronatus*, de div. 1, 119 illo die, quo primum in sella aurea sedit et cum purpurea veste processit.

ita eras Lup. — *deberes*, Tac. ann. 3, 34 sic obviam irent iis quae alibi peccarentur ut flagitiorum urbis meminissent.

abiectum, gehört zu diadema, nicht zu scelus.

attuleras — scelus, in Verr. 2, 5, 16 excogitavit nescio quid, attulit; Phil. 10, 6 quod verbum tibi non excidit, ut saepe fit, fortuito, scriptum, mediatum, cogitatum attulisti; pro Mil. 45 nisi ad cogitatum facinus properaret.

eumque, so nach einer Handschrift, da die beiden Sätze sich gleich stehen und dem folgenden mit idem anfangenden gegenüber-treten.

86. *supplex — abiciebas*, pro Mil. 100 ego me plurimis pro te supplicem abiici.

quid petens? Ein derartiges Par-

Qui precatus a dis immortalibus sum, iudices, more institutoque maiorum illo die, quo auspiciato comitiis centuriatis L. Murenam consulem renuntiavi, ut ea res mihi magistratuique meo, populo plebique Romanae bene atque feliciter eveniret, idem precor ab eisdem dis immortalibus ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum ut vestrae mentes atque sententiae cum populi Romani voluntatibus suffragiisque consentiant eaque res vobis populoque Romano pacem, tranquillitatem, otium concordiamque adferat. quod si illa sollempnis comitorum precatio consularibus auspiciis consecrata tantam habet in se vim et religionem, quantam rei publicae dignitas postulat, idem ego sum precatus, ut eis quoque hominibus, quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res fauste, feliciter prospereque eveniret. quae cum ita sint, iudi-

I. 1. *Qui precatus* u. s. w. Der Gedankengang ist folgender: Als ich bei den Wahlcomitien Murena zum Consul ausrief, habe ich die Götter gebeten, dass diese Wahl mir und dem Volke zum Heil gereichen möge; jetzt wo es sich um die Erhaltung seines Consulats handelt (ob obtinendum = ut obtineatur), bitte ich, dass sie Euer Urtheil, Richter, zur Uebereinstimmung mit dem Willen des Volks lenken mögen. Aber es ist eigentlich kein neues Gebet nöthig; schon damals habe ich auch für das Wohl des neuen Consuls gebetet, so brauche ich ihn nur Euch, die Ihr an die Stelle der Götter getreten seid, zu empfehlen. Aus dieser Darlegung ergibt sich die Nothwendigkeit der vorgenommenen Aenderungen. *renuntiavi*. Auf die Renuntiation durch den vorsitzen-

den Consul, welches allemal der an erster Stelle gewählte war, folgte die Anrufung durch den Herold, in Verrem 2, 5, 38; für renuntiare steht in demselben Sinn *declarare* § 2; 3. *habet in se*, anstatt des blossen *habet*, Tuscul. 1, 109 *etsi enim nihil habet in se gloria cur expetatur, tamen virtutem tamquam umbra sequitur*; Sall. Jug. 4, 6 *scilicet non ceram illam neque figuram tantam vim in sese habere. postulat*, § 6 *sicut hujus imperii dignitas in summo civium periculo postulabat*; 83 *quod maxime tempus hoc postulat*; Spätere setzen indiesem Sinne auch *poscere. idem ego*, § 86; pro Sulla 87; Phil. 2, 24; pro Arch. 15. *me — rogante*, nämlich *populum*, welches im Fall der Bejahung die Stimmtäfelchen mit V. R., d. h. *uti rogas*, bezeichnete.

ces, et cum omnis deorum immortalium potestas aut translata sit ad vos aut certe communicata vobiscum, idem consulem vestrae fidei commendat, qui antea dis immortalibus commendavit, ut eiusdem hominis voce et declaratus consul et defensus beneficium populi Romani cum vestra atque omnium civium salute tueatur. et quoniam in hoc officio studium meae defensionis ab accusatoribus atque etiam ipsa susceptio causae reprehensa est, ante quam pro L. Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam, non quo mihi potior hoc quidem in tempore sit officii mei quam huiusce salutis defensio, sed ut meo facto vobis probato maiore auctoritate ab huius honore, fama fortunisque omnibus inimicorum impetus propulsare possim.

² Et primum M. Catoni vitam ad certam rationis normam deri-
³ genti et diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium de officio meo respondebo. negat fuisse rectum Cato me et consulem et legis ambitus latorem et tam severe gesto consulato causam L. Murenae attingere: cuius reprehensio me vehementer movet, non solum ut vobis, iudices, quibus maxime debeo, verum etiam ut ipsi Catoni, gravissimo atque integerrimo viro, rationem facti mei probem. a quo tandem, M. Cato, est aequius consulem defendi quam a consule? quis mihi in re publica potest aut debet esse coniunctior, quam is, cui res publica a me manu traditur sustinenda, magnis meis laboribus et periculis sustentata? quod si in eis rebus repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligavit, profecto etiam rectius in iudicio consulis de-

2. *aut certe communicata*, insofern die potestas iudicum, wie es pro Rabir. 2, 5 heisst, proxime ad deorum immortalium numen accedit. *idem* entspricht dem folgenden ejusdem hominis, *consulem* dem folgenden et declaratus consul et defensus. *cum* bezeichnet die Folge der Handlung, Cat. 1, 13; de imp. Cn. Pomp. 50. *et quoniam*, ebenso § 23; 43; 63. *in hoc officio*, 'bei dieser Dienstleistung', pro Sulla 2 cum hujus periculi propulsatione conjungam defensionem officii mei, *atque etiam*, de prov. 30 ab omni periculo atque etiam suspitione belli. *facto*, 'Handlungsweise', *honore — fortunisque*, pro Sulla 91 spoliata fama, honore, fortunis.

II, 3. *perpendenti momenta*, pro Font. 21 ad unamquamque rem existimandam momentoque suo ponderandam. *negat — Cato*,

ebenso § 13 saltatorem appellat L. Murenam Cato. Von den drei Vorwürfen des Cato wird der erste zurückgewiesen von a quo tandem — defendendam vocare, der zweite von nam quod — impediatur, der dritte von negas — servire. *rectum*, so § 74 verum. *legis ambitus* für legis de ambitu auch § 46. *manu*, wie de prov. 39 per manus hanc provinciam tradat. *laboribus et periculis*, dieselbe Verbindung § 76; in Cat. 2, 14; pro Sulla 5; 83. *in eis rebus — mancipi sunt*. Res mancipi sind solche, die per aes et libram, in Gegenwart von fünf Zeugen und eines libripens, dem Andern mit völligem Eigentumsrechte übertragen wurden. Für dieselben musste der Verkäufer die Gefahr der Eviction, d. h. der Rückforderung von einem Dritten stehen und verpfändete sich dafür mit seiner Person und seinen Gütern. *nexu*, 'durch den Kaufvertrag'.

signati is potissimum [consul], qui consulem declaravit, auctor beneficii populi Romani defensorque periculi esse debebit; ac si, ⁴ ut non nullis in civitatibus fieri solet, patronus huic causae publice constitueretur, is potissimum summo honore adfecto defensor daretur, qui eodem honore praeditus non minus adferret ad dicendum auctoritatis quam facultatis. quod si e portu solventibus ei, qui iam in portum ex alto invehuntur, praedicere summo studio solent et tempestatum rationem et praedonum et locorum, quod natura fert ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur, quo tandem me animo esse oportet prope iam ex magna iactatione terram videntem in hunc, cui video maximas rei publicae tempestates esse subeundas? quare si est boni consulis non solum videre quid agatur, verum etiam providere quid futurum sit, ostendam alio loco quantum salutis communis intersit duos consules in re publica Kalendis Ianuariis esse. quod si ita est, non tam ⁵ me officium debuit ad hominis amici fortunas quam res publica consulem ad communem salutem defendendam vocare. nam quod legem ³ de ambitu tuli, certe ita tuli, ut eam, quam mihi met ipsi iam pridem tulerim de civium periculis defendendis, non abrogarem. etenim si largitionem factam esse confiterer idque recte factum esse defenderem, facerem improbe, etiam si alius legem tulisset: cum vero nihil commissum contra legem esse defendam, quid est quod meam defensionem latio legis impediatur? negas esse eiusdem severitatis ⁶ Catilinam exitium rei publicae intra moenia molientem verbis et paene imperio urbe expulisse et nunc pro L. Murena dicere; ego autem has partis lenitatis et misericordiae, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter, illam vero gravitatis severitatisque per-

consul ist zu streichen, da nicht etwa nur der andere Consul, sondern jeder beliebige Andere als Gegensatz vorschwebt. *auctor*, eigentlich jener Verkäufer, der die Gefahr der Eviction zu stehen verpflichtet ist, hier allgemein von dem, der die Bürgschaft für etwas übernimmt; ähnlich § 2 beneficium tueri.

4. *summo honore adfecto*, de off. 1, 149 aliquo honore aut imperio affectos. *in portum — invehuntur*, de off. 1, 151 si (nämlich mercatura) satiata quaestu vel contenta potius ut saepe ex alto in portum ex ipso portu se in agros possessionemque contulit. *quo — oportet*, de imp. Pomp. 11 videte quem animum vobis suscipiendum putetis; 12; pro Milone 101. *terram videntem*, de senectute 71 ut quo propius ad mortem accedam quasi

terram videre videar. rei publicae tempestates, § 36 in hac comitiorum tempestate populari. *si est boni consulis*, pro Rab. 3 quamobrem si est boni consulis ... ferre opem patriae.

III, 5. *nam* leitet die Figur der occupatio ein. *mihi met ipsi*. Ipse steht nach den mit met zusammengesetzten Pronominibus immer im nämlichen Casus. *etenim si*, ebenso nam si § 31, kaum seltener si enim, de or. 1, 190; Phil. 1, 35; 2, 34; Tusc. 3, 31; 5, 25; de fin. 2, 16; 36; de nat. deor. 3, 75; de div. 2, 20; 25; 33; 55. de leg. 1, 1.

6. *verbis*, in Catil. 2, 13 ego vehemens ille consul qui verbo civis in exsilium eicio. *lenitatis et misericordiae*, dieselbe Verbindung pro Sulla 8. *docuit*, von der Einübung der Rolle des Schauspielers über-

sonam non appetivi, sed a re publica mihi impositam sustinui, sicut huius imperii dignitas in summo periculo civium postulabat. quod si tum, cum res publica vim et severitatem desiderabat, vici naturam et tam vehemens fui quam cogebam, non quam volebam, nunc, cum omnes me causae ad misericordiam atque ad humanitatem vocent, quanto tandem studio debeo naturae meae consuetudinique servire? ac de officio defensionis meae ac de ratione accusationis tuae fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

7 Sed me, iudices, non minus hominis sapientissimi atque ornatis-
tissimi Ser. Sulpicii conquestio quam Catonis accusatio commove-
bat, qui gravissime et acerbissime ferre se dixit me familiaritatis
necessitudinisque oblitum causam L. Murenae contra se defendere.
huic ego, iudices, satis facere cupio vosque adhibere arbitros; nam
cum grave est vere accusari in amicitia, tum, etiam si falso accu-
seris, non est neglegendum. ego, Ser. Sulpici, me in petitione tua
tibi omnia studia atque officia pro nostra necessitudine et debuisse
confiteor et praestitisse arbitror: nihil tibi [consulatum] petenti a me
defuit quod esset aut ab amico aut a gratioso aut a consule postulan-
dum. abiit illud tempus; mutata ratio est: sic existimo, sic mihi per-
suadeo, me tibi contra honorem L. Murenae, quantum tu a me postu-
lare ausus sis, tantum debuisse, contra salutem nihil debere. neque
enim, si tibi tum, cum peteres consulatum, adfui, nunc, cum Mure-
nam ipsum petis, adiutor eodem pacto esse debeo. atque hoc non
modo non laudari, sed ne concedi quidem potest, ut amicis nostris
4 accusantibus non etiam alienissimos defendamus. mihi autem cum

tragen. *impositam*, de off. 1, 97 nobis autem imposuit personam natura ipsa. *sustinui*, sonst auch gerere personam, de off. 1, 115. *quod si tum*, vergl. pro Sulla 8. *naturae meae consuetudinique*, pro Sulla 87 reliqua jam a me meae perpetuae consuetudini naturae-
que debentur. *ac de*, zu bemerken ist das gleichfolgende *ac de*, zu einer Aenderung jedoch kein Grund.

7. *sapientissimi*, wegen seiner Rechtsgelehrsamkeit. *atque ornatis-
tissimi*, so pro Sulla 62 prudentis-
simum atque ornatisimum. *gravis-
sime et acerbissime*, so pro Flacco 1
in ... gravissimo atque acerbissimo
rei publicae volnere. *satisfacere*,
'sich rechtfertigen', weniger als se
defendere. Sall. Cat. 35. *arbitros*,
Schiedsmänner, die bona fide iudicabant. *acuseris*, gebräuchlicher bei Cicero mit Ausnahme des

Ind. praes. die Endung re; der
Conj. der zweiten Person, um das
deutsche 'man' auszudrücken, §77
haec omnia ad rationem civitatis
si dirigas, recta sunt; 35 saepe ...
fit aliud atque existimaris. *studia
atque officia*, §. 45 amicissimorum
studia atque officia praestamus.
consulatum ist hier als überflüssig
zustreichen, während es §8 durch
den Gegensatz gefordert wird.
gratioso ist substantivirt, indem
es sich an amico und consule an-
geschlossen hat. *abiit illud tempus*,
Tac. hist. 2, 76 abiit jam et trans-
vectum est tempus. *sic — persua-
deo*, de senectute 78 sic mihi per-
suasi, sic sentio.

8. *etiam alienissimos*, §45 etiam
alienissimis in capitis periculis
amicissimorum officia et studia
praestamus.

IV. *mihi autem* im Gegensatz
zum vorhergehenden etiam alie-

Murena, iudices, et magna et vetus amicitia est, quae in capitis dimicatione a Ser. Sulpicio non idcirco obruetur, quod ab eodem in honoris contentione superata est; quae si causa non esset, tamen vel dignitas hominis vel honoris eius, quem adeptus est, amplitudo summam mihi superbiae crudelitatisque infamiam inussisset, si hominis et suis et populi Romani ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiasset. neque enim iam mihi licet neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam: nam cum praemia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini, quibus laboribus ea expetieris eos cum adeptus sis, deponere, esset hominis et astuti et ingrati. quod si licet desinere,⁹ si te auctore possum, si nulla inertiae nota, nulla superbiae turpitudine, nulla inhumanitatis culpa suscipitur, ego vero libenter desino; sin autem fuga laboris desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit, nimirum haec causa est eius modi, quam nec industrius *quisquam* nec misericors nec officiosus deserere possit. atque huiusce rei coniecturam de tuo ipsius studio, Servi, facillime ceperis: nam si tibi necesse putas etiam adversariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere, et si turpe existimas te advocato illum ipsum, quem contra veneris, causa cadere, noli tam esse iniustus, ut, cum tui

nissimos. *obruetur* = oblitera-
bitur, wie § 86. in honoris con-
tentione. § 56 non injuria L. Mu-
renae sed honoris contentione per-
motum. *causa*, das genauer hätte
bestimmt werden müssen (mihi
Murenae defendendi), wird zu
streichen sein, vergl. pro Plancio
72 mihi ad defendendum Plancium
parum justae necessitudines erant
...? quae si non essent, vererem
credo etc. *superbiae crudelitatis-
que*, de lege agr. 1, 18 qui locus ...
superbiam et crudelitatem ge-
nuisse dicitur. *inussisset*, in Cat.
1, 13 quae nota domesticae turpi-
tudinis non iusta vitae tuae est?
et suis entspricht dem vorherge-
henden dignitas hominis, *et orna-
mentis* den Worten honoris—am-
plitudo. *causam tanti periculi* =
cum tanto periculo conjunctam;
der Genetiv ist als gen. qual. auf-
zufassen. *integrum, ut*, gewöhn-
licher Acc. c. inf., Tusc. 5, 62. *qui-
bus — expetieris* anstatt der ganz
unverständlichen Worte der
Handschriften sic et si ceperis;
zum Gedanken vergl. Sall. Jug.
85, 8 quae ante vestra beneficia

gratuito faciebam ea ut accepta
mercede deseram non est consi-
lium, Quirites.

9. *si — suscipitur*. Die drei
Glieder entsprechen auch der Zahl
der Worte nach den folgenden fuga
— *coarguit. turpitudine* mit susci-
pitur verbunden, wie in Pis. 41
turpitudinis notas subieritis. *sin
autem*, nicht si autem oder sin
vero, jedoch das erste de div. 2,
44; 51; das andere Lael. 63. *neg-
lectio* kommt hier allein bei Cicero
vor. *improbitatem coarguit*, in
Verr. 3 117 improbitatem coarguo.
quisquam. Der Zusatz von quis-
quam ist vielleicht unnötig, ob-
wohl für eine ähnliche Substan-
tivierung von Adjectivum, wie hier,
bei Cicero kaum ein Beispiel zu
finden sein möchte. *respondere*
von Rechtsbescheiden, so auch de
or. 1, 198 in respondendo jure.
te advocato — cadere. In diesen
Worten liegt eine Steigerung im
Verhältniss zum Vorigen. Nicht
nur die Gegner deiner Freunde
unterstützest du durch deine
Rechtsbescheide, auch denjenigen,
mit denen du processirst (so con-

fontes vel inimicis tuis pateant, nostros etiam amicis putes clausos esse oportere. etenim si me tua familiaritas ab hac causa removisset et si hoc idem Q. Hortensio M. Crasso, clarissimis viris, si idem ceteris, a quibus intellego tuam gratiam magni aestimari, accidisset, in ea civitate consul designatus defensorem non haberet, in qua nemini umquam infimo maiores nostri patronum deesse voluerunt. ego vero, iudices, ipse me existimarem nefarium, si amico, crudelem, si misero, superbum, si consuli defuissem. quare quod dandum est amicitiae, large dabitur a me, ut tecum agam, Servi, non secus ac si meus esset frater, qui mihi est carissimus, isto in loco: quodtribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, ut meminerim me contra amici studium pro amici periculo dicere.

Intellego, iudices, tris totius accusationis partis fuisse et earum unam in reprehensione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminiibus ambitus esse versatam. atque harum trium partium prima illa, quae gravissima debebat esse, ita fuit infirma et levis, ut illos lex magis quaedam accusatoria quam vera male dicendi facultas de vita L. Murenæ dicere aliquid coegerit: obiecta est enim Asia: quae ab hoc non ad voluptatem et luxuriam expetita est, sed [in] militari labore peragrata; qui si adulescens patre suo imperatore non meruisset, aut hostem aut patris imperium timuisse aut a parente repudiatus esse videretur: an cum sedere in equis triumphantium praetextati potissimum filii soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, ut rebus communiter

tra aliquem venire pro Rosc. 6; in Verr. 2, 107; Phil. 2, 3; Phil. 8, 13), leistest du juristischen Beistand. Advocatus ist hier also nicht einer, der durch seine Gegenwart vor Gericht einen Freund unterstützt, sondern qui de jure consultur, so epp. ad. fam. 7, 14 vom Trebatius: minus multi jam te advocato causa cadent. fontes, de nat. deor. 1, 120 Democritus . . . cujus fontibus Epicurus hortulos suos inrigavit.

10. nemini infimo, Keinem, selbst nicht dem Geringsten, de fin. 5, 88 nec ullo minimo momento; in Pis. 55 nullius negotiatoris obscurissimi; 64 cuiquam . . . infimo ac despiciatissimo. patronum, der nach der Sitte vom Prätor bestellt wurde. isto in loco = in subselliis accusatorum. ita moderabor, 'mit der Mässigung leisten'.

V, 11. unam, alteram, tertiam, so bei Aufzählungen, § 30; 37.

illos, wohl zu streichen wegen des ungehörigen Nachdrucks. lex — accusatoria, anders als im englischen Rechtsverfahren, wo nur die Thatsache des Verbrechens ins Auge gefasst wird. ad bezeichnet den Zweck. in zu streichen, da peragrarer nur mit dem Ablativ verbunden nachzuweisen ist. an — triumpharet, argumentum ex contrariis; der erste mit cum anfangende Satz hätte auch als selbstständiger in die Frage hineingezogen werden können; an 'oder etwa' schliesst sich an die schon im Vorigen bewiesene Nothwendigkeit seiner Theilnahme am Feldzuge. sedere — praetextati, kleinere Kinder sassen dagegen mit auf dem Triumphwagen. fugiendum, fugere mit inf., de or. 3, 153. donis militaribus, Caes. de bell. civ. 3, 53 cohortemque . . . pecuniariis militaribusque donis amplissime donavit. ut, auf decorare zu beziehen, ita decorare ut.

gestis paene simul cum patre triumpharet? hic vero, iudices, et fuit in Asia et viro fortissimo, parenti suo, magno adiumento in periculis, solacio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. et si habet Asia suspicionem luxuriae quandam, non Asiam numquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse laudandum est. quam ob rem non Asiae nomen obiciendum Murenæ fuit, ex qua laus familiae, memoria generi, honos et gloria nomini constituta est, sed aliquod aut in Asia susceptum aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus: meruisse vero stipendia in eo bello, quod tum populus Romanus non modo maximum, sed etiam solum gerebat, virtutis, patre imperatore libentissime meruisse pietatis, finem stipendiorum patris victoriam ac triumphum fuisse felicitatis fuit; maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. saltatorem appellat L. Murenam Cato. maledictum est, si vere obicitur, vehementer accusatoris; sin falso, maledici convitiatoris. quare cum ista sis auctoritate, non debes, Marce, adripere maledictum ex trivio aut ex scurrarum aliquo convivio, neque temere consulem populi Romani saltatorem vocare, sed circumspicere quibus praeterea vitiiis adfectum esse necesse sit eum, cui vere istud obici possit. nemo enim fere saltat sobrius, nisi forte insanit, neque in solitudine neque in convivio moderato atque honesto: tempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. tu mihi adripis id, quod necesse est omnium vitiorum esse postremum; relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe convivium, non amor, non commissatio, non

12. hic u. s. w. Ja, Ihr Richter, er war in Asien. hic steht, da vero gern ein Pronomen bei sich hat, de nat. deor. 1, 86 ille vero deos esse putat. habet — suspitionem, 'im Verdacht steht'. Asiae nomen, in Verr. 2, 5, 2 ad omnis enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. familiae — nomini, pro Ligar. 20 neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiae. deportatum, deportare von Dingen, die aus der Provinz mitgebracht werden, triumphum deportare; epp. ad Att. 6, 1 benevolentiam de provincia deportare. flagitium ac dedecus, Tac. hist. 2, 37 quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur. nihil — loci, pro Sulla 38 ut in tot rerum augustiis nihil veritatis loci relinqueretur. quidem, adversativ wie § 23; in Verr. 2, 5, 63 cum . . .

nomine classis esset in Sicilia, re quidem vera naves inanes.

VI, 13. saltatorem, de off. 1, 150; 3, 75 u. 93; pro Dejot. 26; in Pis. 22; in Verr. 2, 23; in Cat. 2, 23. maledici convitiatoris, denn aliud est maledicere, aliud accusare, pro Cael. 6. convivio für convitio, da convitium in der Bedeutung 'lärmendes Geschrei' schwerlich mit aliquod verbunden werden kann. fere steht den Negationen bei Cicero nach. tempestivi convivii, Gelage, die bereits vor der neunten Tagesstunde ihren Anfang nahmen (cenare de die), pro Arch. 13; in Verr. 3, 61; Tac. hist. 2, 68; Ann. 11, 37. comes est extrema, 'macht die letzte Begleitung aus', § 41 in qua laus aequitatis integritatis facilitatis ad extremum ludorum voluptate concluditur. mihi, dat. eth. wie § 21; 74. et hebt den Gegensatz hervor wie § 21 a fueris

libido, non sumptus ostenditur: et cum ea non reperiantur, quae voluptatis nomen habent quaeque vitiosa sunt, in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriae reperiturum putas? nihil igitur in vitam L. Murenæ dici potest? nihil, inquam, omnino, iudices; sic a me consul designatus defenditur, ut eius nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum [in vita] proferatur. bene habet: iacta sunt fundamenta defensionis; nondum enim nostris laudibus, quibus utar postea, sed prope inimicorum confessione virum bonum atque integrum hominem defendimus; quo constituto facilius est mihi aditus ad contentionem dignitatis, quae pars altera fuit accusationis.

Summam video esse in te, Ser. Sulpici, dignitatem generis, integritatis, industriae ceterorumque ornamentorum omnium, quibus fretum ad consulatus petitionem adgredi par est; paria cognosco esse ista in L. Murena atque ita paria, ut neque ipse dignitate vinci poterit neque te dignitate superarit. contempsisti L. Murenæ genus; extulisti tuum: quo loco si tibi hoc sumis, nisi qui patricius sis, neminem bono esse genere natum, facis ut rursus plebes in Aventinum sevocanda esse videatur; sin autem sunt amplae et honestae familiae plebeiae, et proavus L. Murenæ et avus praetor fuit et pater cum amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quod is iam patri debitus a filio petebatur. tua vero nobilitas, Ser. Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus litteratis et historicis

tam diu et etc. *quae voluptatis nomen habent*, 'Dinge, welche man unter dem Namen der Sinnelust begreift', Tusc. 3, 81 de omni casu in quo nomen poni solet calamitatis. *quaeque vitiosa sunt*, 'und die das eigentliche Element des lasterhaften Lebens sind', während die saltatio nur als letztes Resultat der vorangegangenen Entwicklung angesehen werden kann. Ebenso wird gleich darauf die luxuria ipsa, worauf es ankommt, der umbra luxuriae, die zwar notwendig aus ihr hervorgeht, aber an sich wesenlos ist, entgegengesetzt.

14. *bene habet*, Liv. 8, 35, 4 bene habet, inquit, Quirites. Vicit disciplina militaris.

VII, 15. *ceterorumque ornamentorum omnium*, pro Font. 24 e quem vere commemorare possumus parem consilio gravitate constantia ceteris virtutis honoris

ingenii rerum gestarum ornamentis M. Aemilio Scauro fuisse? *ita paria*, de imp. Pomp. 7 regnat et ita regnat; 10 dicam alio loco et ita dicam. *hoc*, wie häufig, zur Einleitung des folgenden acc. c. inf. *facis ut*, 'bist du die Veranlassung, dass'. *Aventinum*, von der ersten Secessio, deren Ziel nach dem Annalisten Piso nicht der sacer mons, sondern der Aventin war. *amplissime et honestissime*, absichtlich gewählte Ausdrücke wegen der vorangehenden Bezeichnung amplae et honestae familiae. *gradum*, 'den Schritt zur'.

16. *tametsi — tamen*, gewöhnliche Verbindung bei Cicero, in Caec. div. 8; 11; de imp. 23. *summa est*. Der Adel der Sulpicier war alt; schon 500 war ein Sulpicius Consul. *litteratis*, litteratus zu unterscheiden von litterator (otiumlitteratum). *historicis*, das-

est notior, populo vero et suffragatoribus obscurior: pater enim fuit equestri loco; avus nulla illustri laude celebratus; itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuae. quare ego te semper in nostrum numerum adgregare soleo, quod virtute industriaque perfecisti, ut, cum equitis Romani esses filius, summa tamen amplitudine dignus putarere, nec mihi umquam minus in Q. Pompeio, novo homine et fortissimo viro, virtutis esse visum est quam in homine nobilissimo M. Aemilio: etenim eiusdem animi atque ingenii est posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere, et, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam generis sua virtute renovare. quamquam ego iam putabam, iudices, multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiceretur, meo labore esse perfectum, qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis, anti-⁸quis illis fortissimis viris, [novis hominibus], sed his recentibus, Mariis et Didiiis et Caeliis, commemorandis iacebant. cum vero ego tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad consulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret, non arbitrabar, cum ex familia veteri et illustri consul designatus ab equitis Romani filio, consule, defenderetur, de generis novitate accusatores esse dicturos: etenim

selbe Wort substantivisch Top. 18 oratores et philosophos et poetas et historicos; de divin. 1, 55 omnes hoc historici, Fabii, Gellii, sed proxime Caelius. *suffragatoribus*, Leute, die Stimmen für Jemanden zu erlangen suchen. *nulla — celebratus*, also doch wohl Senator im Gegensatz zum Vater. *sermone hominum*, de or. 1, 12 in hominum ore et sermone versatur. *ex annalium vetustate*, steht in doppeltem Gegensatz zum Vorhergehenden. *adgregare*, in Cat. 1, 30 et eodem ceteros undique collectos naufragos adgregavit. *Q. Pompejo*, 141 Consul, 131 erster plebejischer Censor. *M. Aemilio* (Scauro), 115 Consul, 109 Censor, 107 abermals Consul, Erbauer der via Aemilia, dessen Geschlecht drei Generationen vor ihm zu keiner Ehre gelangt war. *quod*, 'wie'. *acceperit* anstatt *acceperis*, wie oft bei unbestimmtem Subject. *tradere*, sehr häufig dem accipere entsprechend. *intermortuam*, in Pis. 16 ex intermortuis Catilinae reliquiis. *sua* anstatt des handschriftlichen *sui*, da die eigene

Tüchtigkeit des Scaurus hervorgehoben war.

VIII, 17. *Curiis* u. s. w. Wie hier werden in Verr. 2, 5, 180 Cato und Pompejus aus früherer Zeit, Fimbria, Marius, Caelius aus jüngst vergangener als Beispiele der durch eigene Tüchtigkeit erlangten Geltung aufgeführt. *commemorandis* = quamvis commemorarent, 'wenn sie sich auch auf sie beriefen', ebenso de off. 1, 5, in der gewöhnlichen Bedeutung de fin. 1, 36 in quo enim maxime consuevit jactare vestra se oratio ... claris et fortibus viris commemorandis. *iacebant*, 'sie konnten nicht aufkommen'. *Curiis*, M. Curius Dentatus, der Sieger über die Samniten und den Pyrrhus. *Catonibus*, Cato der Censor. *Didiiis*, T. Didius, Consul 98. *Caeliis*, C. Caelius Calpurnius, Volkstribun 107, Consul 94, Anhänger des Marius. *claustra ista nobilitatis*, jene durch den Adel gezogenen Schranken, d. h. die allein durch den Besitz des Adels gegebene Möglichkeit zum Consulat zu gelangen, Tac. hist. 3, 2 claustra montium. *de generis*

mihi ipsi accidit, ut cum duobus patriciis, altero improbissimo atque audacissimo, altero modestissimo atque optimo viro, peterem; superavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. quod si id crimen homini novo esse deberet, profecto mihi neque inimici neque
 18 invidi defuissent. omittamus igitur de genere dicere, cuius est magna in utroque dignitas: videamus cetera. 'quaesturam una petiit et sum ego factus prior.' non est respondendum ad omnia; neque enim quemquam vestrum fugit, cum multi pari dignitate fiant, unus autem primum *locum* solus possit obtinere, non eundem esse ordinem dignitatis et renuntiationis, propterea quod renuntiationis gradus habet, dignitas autem est persaepe eadem omnium. sed quaestura utriusque prope modum pari momento sortis fuit; habuit hic lege Titia provinciam tacitam et quietam; tu illam, cui, cum quaestores sortiuntur, etiam adclamari solet, Ostiensem, non tam gratiosam et inlustrem quam negotiosam et molestam. consedit utriusque nomen in quaestura; nullum enim vobis sors campum
 19 dedit in quo excurrere virtus cognoscere posset. reliqui temporis spatium in contentionem vocatur: ab utroque dissimillima
 9 ratione tractatum est: Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis ac stomachi,

novitate. Die Thorheit des gegenrischen Vorwurfs wird durch den eigentlich nicht auf den Murena passenden Ausdruck in ein helleres Licht gesetzt. *duobus patriciis*, wozu noch vier Plebejer kamen. *modestissimo atque optimo*, in chiasmischer Beziehung zum Vorhergehenden. *Galbam*, P. Sulpicius Galba, vir sobrius ac sanctus.

18. *prior*, da die renuntiation in der Ordnung erfolgte, wie jeder die nöthige Stimmenzahl, d. h. die achtzehn Tribus davon getragen hatte. *non — omnia*, de nat. deor. 1, 19 longum est ad omnia. *fiant* = creentur. *locum* ist nothwendig, da weder primum als Neutrum (prima ferre ist etwas Anderes), noch die Ergänzung von quaesturam bei obtinere statthaft ist. *solus* nach unus ist wegen possit nothwendig. *non — renuntiationis*, de off. 1, 59 ita non idem erunt necessitudinum gradus qui temporum. Der Sinn ist, dass die Gewählten oft ihrer Würde nach nicht in derselben Reihe aufeinanderfolgen, wie sie die Kundmachung ergiebt. *pari — fuit*, 'der Ausschlag des Looses war für Bei-

der Quästur fast gleich'. *lege Titia.* Da eine lex Titia ganz unbekannt ist, und das folgende Ostiensem eine namentliche Erwähnung der dem Murena zu Theil gewordenen Quästur verlangt, so ist für lege Titia vielleicht zu lesen Gallicam, die als eine der vier Italicae quaesturae eine tacita et quieta war. *adclamari*, bei Cicero immer in malam partem, anders bei Tac. hist. 1, 78 atque etiam Othoni quibusdam diebus populus et miles. Neroni Othoni adclamavit. *consedit*, 'ruhte', insofern er nicht im Munde der Leute war.

19. *tractatum*, ad Herenn. 4, 33 an ad suam revertetur antiquam vitam alicubi honeste tractatum?

IX. *urbanam militiam*, eigentlich ein ὄργανον. *respondendi — cavendi.* Die beiden Hauptbeschäftigungen der Rechtskundigen waren das respondere, das Ertheilen rechtlicher Gutachten, und das cavere, die Anweisung, wie ein Rechtsgeschäft mit den nöthigen Sicherungsmitteln abgeschlossen werde. Die schriftliche Abfassung der Rechtsgeschäfte, das scribere, pflegten sie durch ihre Schreiber

secutus est; ius civile didicit; multum vigilavit, laboravit; praesto multis fuit; multorum stultitiam perpessus est, adrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit; vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum. magna laus et grata hominibus unum hominem elaborare in ea scientia, quae sit multis profutura. quid Murena interea? fortissimo²⁰ et sapientissimo viro, summo imperatori legatus L. Lucullo fuit: qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit, urbis partim vi, partim obsidione cepit, Asiam istam refertam et eandem delicatam sic obiit, ut in ea neque avaritiae neque luxuriae vestigium reliquerit; maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res et magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. atque haec quamquam praesente L. Lucullo loquor, tamen ne ab ipso propter periculum nostrum concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis litteris testata sunt omnia, quibus L. Lucullus tantum huic laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator neque invidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit. summa in utroque est honestas,²¹ summa dignitas; quam ego, si mihi per Servium liceat, pari atque eadem in laude ponam. sed non licet: agitat rem militarem; insectatur totam hanc legationem; adsiduitatis et operarum harum cotidianarum putat esse consulatum: 'apud exercitum mihi fueris?' inquit 'tot annis forum non attigeris? auferis tam diu, et cum longo intervallo veneris, cum his, qui in foro habitant, de dignitate contendas?' primum ista nostra adsiduitas, Servi, nescis quantum interdum adferat hominibus fastidii, quantum satietatis. mihi qui-

besorgen zu lassen; de or. 1, 212 wird ausser respondere und cavere noch das agere, die Unterstützung der patroni des Angeklagten genannt. *vigilavit, laboravit*, dieselbe Verbindung in Cat. 3, 16; in Verr. 2, 5, 181. *perpessus est — pertulit*, ebenso de or. 2, 77. *exorbuit*, ebenso devorare. *multis — profutura*, so von derselben Rechtsgelehrsamkeit de or. 1, 234 ad multos pertinet. Der Gegensatz zwischen unum und multis ebenso pro Sert. 46 cum . . . me unum multi deposcerent. *legatus* mit dem Dativ § 32.

20. *L. Luc.*, die Stellung wie de or. 1, 67. *qua in legatione*, Sall. Jug. 40 quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent. *duxit exerc.*, § 89; in Cat. 2, 15; in Pis. 57. *fortissimo — imperatori*, de imp. 8 duo fortissimi viri et summi imperatores. *refertam*, Tac. hist. 2, 56 refertos agros; de or. 1, 161.

communicanda laude, in Verr. 2, 5, 5 num tibi illius victoriae gloriam cum M. Crasso aut Cn. Pompejo communicatam putas? Tusc. 5, 56 C. Marius tum cum Cimbricae victoriae gloriam cum collega Catulo communicavit; Liv. 8, 30, 10 litterae quoque — argumentum fuere minime cum eo communicantis laudes.

21. *in utroque*, Abl. des Neutrums. *pari atque eadem*. Atque verbindet gern ähnliche Begriffe, wenn der zweite eine Steigerung ausdrückt, de or. 2, 209 par atque una ratio est spei. *in laude ponam*. Brut. 140 in magna laude ponendum. *operarum — cotidianarum*. In dem Gleichklang der Endungen liegt etwas Spottendes. *mihi* wie § 13. *et* wie § 13. *habitarint*, de or. 1, 264 qui habitaret in subselliis. *contendas*, 'du willst streiten'. An diesen Coniunctiv haben sich die vorher-

dem vehementer expedit positam in oculis esse gratiam; sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi et tu item fortasse; ²² verum tamen utriusque nostrum desiderium nihil obfuisse. sed ut hoc omisso ad studiorum atque artium contentionem revertamur, qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multo plus adferat dignitatis rei militaris quam iuris civilis gloria? vigilas tu de nocte ut tuis consultoribus respondeas, ille ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat; te gallorum, illum bucinarum cantus exsuscitat; tu actionem [instituis], ille aciem instruit. tu caves ne tui consultores, ille ne urbes aut castra capiantur; ille tenet [et scit] ut hostium copiae, tu ut aquae pluviae arceantur; ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis, ac nimirum, dicendum est enim quod sentio, rei militaris virtus praestat ceteris ¹⁰ omnibus. haec nomen populo Romano, haec huic urbi aeternam gloriam peperit; haec orbem terrarum parere huic imperio coëgit; omnes urbanae res, omnia haec nostra praeclara studia et haec forensis laus et industria latent in tutela ac praesidio bellicae virtutis: simul atque increpuit suspitio tumultus, artes ilico nostrae conticiscunt.

²³ Et quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tanto opere didicisti, praeclarum aliquid esse arbitrare: alii ego te virtutibus, continentiae, gravitatis, iustitiae, fidei, ceteris omnibus consulatu et omni honore semper dignissimum iudicavi: quod quidem ius civile didicisti, non dicam, operam

gehenden angeschlossen. *positam* — *gratiam*, 'dass die Gunst von den Augen abhängig ist'. *desiderium* im Gegensatz zu *satietas* auch epp. ad Att. 2, 5, 1 cupio ab hac hominum satietate nostri discedere et cum aliquo desiderio reverti.

²² *de nocte*. Das frühe Anpochen der consultores ist aus Horaz bekannt. *instituis* ist wohl zu streichen, damit auch hier in instruis dieselbe doppelte Beziehung liege, wie in *cantus*, *capiantur*, *arceantur*, *finibus*; ausserdem wird instituire actionem häufiger vom petitor gesagt, Sache des Rechtsgelehrten ist das instruere, wie pro Cluentio 18 in ähnlicher Verbindung iudicium instruere. *tenet*, § 26; in Verr. 2, 5, 65; de or. 1, 186. *et scit* scheint ein unächter Zusatz. *aquae pluviae*, ebenso im Singular, Top. 38. *exercitatus*, nicht exercitus, das bei

Cicero gequält, ermattet heisst. *ac nimirum*, 'und wirklich', de nat. deor. 2, 73. *dicendum est enim*, die gewöhnliche Stellung, da das erste Wort durch den Ton hervorgehoben, das enclitische est verschwinden lässt.

X. *urbanae res*, de off. 1, 74 multae res exstiterunt urbanae majores clarioresque quam bellicae. *praeclara*, ironisch, in Cat. 1, 26. *latent*, Liv. 32, 21, 31 sub umbra vestri auxilii latere volunt; 34, 9, 10. *simulatque* u. s. w. ähnlich § 30. *increpuit*, in Cat. 1, 18 quicquid increpuit, Catilinam timeri. *artes* — *conticiscunt*, de off. 2, 2 cum autem res publica . . . nulla esset omnino, illae scilicet litterae conticuerunt forenses et senatoriae.

²³ *continentiae* u. s. w. sind Genetive der näheren Bestimmung. *omni* — *honore* = omni genere honoris. *quidem*, wie § 12.

perdidisti, sed illud dicam, nullam esse in ista disciplina munitam ad consulatum viam; omnes enim artes, quae nobis populi Romani studia concilient, et admirabilem dignitatem et pergratam utilitatem debent habere. summa dignitas est in eis, qui militari laude antecellunt; omnia enim, quae sunt in imperio et in statu civitatis, ab eis defendi et firmari putantur; summa etiam utilitas, si quidem eorum consilio et periculo cum re publica tum etiam nostris rebus perfrui possumus. gravis etiam illa est et plena dignitatis [dicendi] facultas, quae saepe valuit in consule deligendo, posse consilio atque oratione et senatus et populi et eorum, qui res iudicant, mentis permovere: quaeritur consul, qui dicendo non numquam comprimat tribunicos furores, qui concitatum populum flecat, qui largitioni resistat: non mirum, si ob hanc facultatem homines saepe etiam non nobiles consulatum consecuti sunt, praesertim cum haec eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat, quorum in isto vestro artificio, Sulpicii, nihil est: primum ²⁵ dignitas in tam tenui scientia non potest esse, res enim sunt parvae, prope in singulis litteris atque interpunctionibus verborum occupatae; deinde, etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enuntiatis vestris mysteriis totum est contemptum et abiectum. posset agi lege necne pauci quondam sciebant; fastos enim volgo non habebant; erant in magna potentia,

XI, 24. *militari laude*, § 29 gloria militaris, gewöhnlicher laus bellica. *sunt in* = pertinent ad, de or. 2, 3 nullius rei quae quidem esset in his artibus. *statu*, Bestand, Sicherheit, pro Sest. 1. *defendi et firmari*, § 29 sine defensione oratoris firma esse non possunt. *consilio et periculo*, in Cat. 2, 14; 3, 1. *republica* — *nostris rebus*, pro Milone 76 per quos totam rempublicam resque privatas omnium consideret; Liv. 3, 38, 11 suarumque rerum erant amissa publica. *posse*, erklärende Umschreibung zu facultas, de off. 2, 63 atque haec benignitas etiam reipublicae est utilis, redimi eservitute captos, locupletari tenuiores. *cons. atque orat.*, in Cat. 2, 17 singulis medicinam consilii atque orationis meae si quam potero afferam. *et senatus* — *permovere*, ebenso de or. 1, 31 quid tam potens tamque magnificum quam populi motus, iudicium religiones. *senatus gravitatem unius oratione converti?* de off. 2, 49 et apud iudices et apud populum

et apud senatum dicendo. *largitioni*, wie der des Rullus durch seinelex agraria. *plurimas gratias*, der Plural, weil von der gratia Mehrerer die Rede ist, § 42 L. Murenas provincia multas bonas gratias attulit; de lege agr. 2, 3, 7 excellentibus gratiis paucorum.

²⁵ *tenui scientia*. So wird de or. 1, 129 die Schauspielkunst ein artificium perquam tenue genannt. *interpunctionibus*, ein ἀνάξ λεγόμενον; de or. 3, 181 steht dafür interpuncta verborum, wie or. 53 interpuncta intervalla, ähnlich de or. 1, 177 interpuncta argumentorum. *mysteriis*, de or. 1, 206 illa dicendi mysteria. *totum*, § 30 vestrum vero studium totum jacet. *contemptum et abiectum*, de lege agr. 2, 93 quem hominem . . . Romae contemptum abiectum videbamus. *fastos*. Der Kalender, in welchem die Gerichtstage verzeichnet waren, stand unter Aufsicht der Pontifices, die zugleich Patricier waren.

qui consulebantur; a quibus etiam dies, tamquam a Chaldaeis, petebantur: inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit et singulis diebus discendis fastos populo proposuerit et ab ipsis capsis iureconsultorum sapientiam compilarit. itaque irati illi, quod sunt veriti ne dierum ratione pervolgata et cognita sine sua opera agi lege posset, verba quaedam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. cum hoc fieri bellissime posset: ¹² ²⁶ 'fundus Sabinus meus est': 'immo meus': deinde iudicium: noluerunt. 'FUNDUS', inquit 'QUI EST IN AGRO, QUI SABINUS VOCATUR.' satis verbose: cedq quid postea? 'EUM EGO EX IURE QUIRITIIUM MEUM ESSE AIO.' quid tum? 'INDE IBI EGO TE EX IURE MANU CONSERTUM VOCO.' quod huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat. transit idem iureconsultus, tibicinis Latini modo: 'UNDE TU ME' inquit 'EX IURE MANU CONSERTUM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO.' praetor

Chaldaeis, Wahrsager, die aus der Constellation der Gestirne glückliche oder unglückliche Tage weissagten. *quidam*, so vor dem Eigennamen auch § 61 fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno. *Cn. Flavius*, der Sohn eines Freigelassenen, Schreiber beim Pontifex Appius Claudius Cäcus, erwarb sich durch die Bekanntmachung des Kalenders die Volksgunst in dem Masse, dass er 304 curulischer Aedil wurde. *cornicum oc. conf.*, von denjenigen gesagt, die auch die Vorsichtigsten täuschen. *discendis*, 'damit es die einzelnen Tage auswendig lernen könnte'. *ab ipsis capsis iureconsultorum* anstatt a. i. *cantibus jurisconsultis* eorum; gewöhnlicher wäre *ipsas capsas compilarit*, übrigens vergl. die sehr ähnliche Stelle Hor. sat. 1, 1, 120 ne me Crispini scriinia lippii Compilasse putes. *pervolgata* wie de or. 1, 186 *pervolgari* artem suam noluerunt. *verba quaedam*, juristische Formeln, die natürlich nicht jetzt erst erfunden wurden.

XII. 26. *cum hoc* u. s. w. Wenn der Streit um das Eigenthumsrecht ein Landgut, ein Haus oder dergl. betraf, so pflegte in den ältesten Zeiten der Prätor mit den streitenden Parteien an Ort und Stelle sich hinzugeben und er-

kannte hier demjenigen, der Eigenthümer zu sein behauptete und sich im wirklichen Genuss befand, die Sache zu. Später holten die Parteien sich ein Stück Erde (*gleba*) von dem Landgut oder der streitigen Sache und stritten um dasselbe wie um das ganze Landgut. Aber auch diese Sitte verlor sich, und Alles ging in blosser Cärimonien über. *ex jure Quiritium*, das *jus Quiritium* begriff alle diejenigen Rechte in sich, welche nur den in Rom geborenen und wohnhaften Bürgern zukamen. *inde ibi*, pleonastisch: von der Stelle dort; beide Partikeln gehören zu *manu consertum*. *ex jure* entspricht dem vorangehenden *ex j. Qu. manu cons.*, später dafür *manum consertum*. *loquaciter litigioso*, wie *acerbe severus*, de off. 3, 112; *effuse petulans*, in Pis. 11. *ille unde petebatur*, so wird der Angeklagte in einer Privatklage bezeichnet. *tibicinis Latini*. Die tibicines, welche auf der Bühne den Vortrag der Schauspieler begleitend unterstützten, scheinen keine eingeborenen Römer, sondern aus Latium und deshalb weniger geachtet gewesen zu sein; ebenso bei Tac. ann. 14, 15 vom *histrio*: non nobilitas cuiquam non aetas aut acti honores impedimento quominus Graeci Latine histrionis artem exercerent. *revoco* = vicissim

interea ne pulchrum se ac beatum putaret atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum ceteris rebus absurdum tum vero in illo: 'SUIS UTRISQUE SUPERSTITIBUS PRAESSENTIBUS ISTAM VIAM DICO: ITE VIAM.' praesto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret: 'REDITE VIAM.' eodem duce redibant. haec iam tum apud illos barbato ridicula, credo, videbantur: homines, cum recte atque in loco constitissent, iuberi abire, ut, unde abissent, eodem statim redirent. isdem ineptis fucata sunt illa omnia: QUANDO TE IN IURE CONSPICIO, et [haec sed]: ANNE TU DICIS QUA EX CAUSA VINDICAVERIS? quaedum erant occulta, necessario ab eis, qui ea tenebant, petebantur; postea vero pervolgata atque in manibus iactata et excussa inanissima prudentiae reperta sunt, fraudis autem et stultitiae plenissima. nam cum ²⁷ permulta praeclare legibus essent constituta, ea iureconsultorum ingenii plerumque corrupta ac depravata sunt. mulieres omnis propter infirmitatem consilii maiores in tutorum potestate esse voluerunt: hi invenerunt genera tutorum, quae potestate mulierum continerentur. sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. in omni denique iure civili aequitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt; ut, quia in alicuius libris exempli causa id nomen invenerant, putarent omnis mulieres, quae coemptionem facerent,

voco. pulchrum — *beatum*, pro Rosc. 135 ut se solum beatum, solum potentem habeat. *utrisque*. Eigentlich wäre utriusque erforderlich, es hat sich aber utrisque an suis angeschlossen, wie mit ähnlicher Unregelmässigkeit, suis quisque gesagt wird, wo quisque in einem anderen Casus stehen müsste. *superstitibus* = testibus. *ite viam*, alterthümlich, nachher mit Ciceros eigenen Worten inire viam. *barbato*. Erst 300 v. Chr. kam die Sitte des Bartscheerens von Sicilien nach Rom. *in jure*, 'vor Gericht'. *conspicio*, der Schlusssatz war: postulo an fuas (sis) auctor, so frage ich, ob du für die Sache einstehest, dein Eigenthumsrecht beweisen willst. *anne* — *vindicaveris*, bei Gajus IV, 16, qui prior vindicaverat, ita alterum interrogabat: postulo anne dicas (ich frage dich, ob du nicht angeben willst) qua ex causa vindicaveris. Die beiden erwähnten Fragen gingen vermuthlich dem manum conserere voraus. *peteban-*

tur, § 25. *fraudis*, weil der Kläger, wenn er die Formeln nicht vollständig kannte, leicht den Process verlieren konnte.

27. *corr. et depr.*, dieselbe Verbindung de off. 2, 71. *hi invenerunt* u. s. w., indem es den Weibern nach dem Testament ihrer verstorbenen Männer freistand sich selbst einen beliebigen Vormund zu wählen, dem sie natürlich vor der Wahl ihre Bedingungen stellten. *sacra* u. s. w. Um sich von den am Besitz des Vermögens hangenden Familienopfern zu befreien, schlossen Frauen eine Scheinehe (coemptionem faciebant) mit einem kinderlosen Greise, von welchem sie dann freigelassen wurden und das Vermögen ohne jene Opferpflichten zurückerhielten. *aequ. reliqu.*, im Gegensatz zu verba ipsa, wie de or. 1, 244 in ejusmodi causis alias scriptum alias aequitatem defendere docentur. *exempli causa*, 'um als Beispiel zu dienen'. *omnes* —

Gaias vocari. iam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, post tot annos etiam nunc statuere non potuisse utrum diem tertium an perendinum, iudicem an arbitrum, rem an litem dici oporteret. itaque, ut dixi, dignitas in ista scientia consularis numquam fuit, quae tota ex rebus fictis commenticiisque constaret, gratia vero multo etiam minus: quod enim omnibus patet et aequè promptum est mihi et adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest. itaque non modo beneficii conlocandi spem sed, etiam illud, quod aliquando fuit 'licet consulere', iam perdidistis. sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quae neque extra Romam usquam neque Romae rebus prolatis quicquam valet; peritus ideo haberi nemo potest, quod in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare; difficilis autem res ideo non putatur, quod et perpauca et minime obscuris litteris continetur. itaque si mihi homini vehementer occupato stomachum moveritis, triduo me iuris consultum [esse] profitebor. etenim quae de scripto aguntur, scripta sunt omnia, neque tamen quicquam tam anguste scriptum est, quo ego non possim QUA DE RE AGITUR addere; quae consuluntur autem, minimo periculo respondentur: si id, quod oportet, responderis, idem videare

semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit: tum enim dixit duo corpora esse rei publicae, unum debile, infirmum capite; alterum firmum, sine capite: huic, cum ita de se meritum esset, caput se vivo non defuturum. congemuit senatus frequens neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit; nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant, partim, quia *omnia* timebant: itaque erupit e senatu triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat; praesertim cum idem ille in eodem ordine paucis diebus ante Catoni, fortissimo viro, iudicium munitanti ac denuntianti respondisset, si quod esset in suas fortunatas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina exstincturum. his tum rebus commotus, et quod homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina sciebam, descendi in campum cum firmissimo praesidio fortissimorum virorum et cum illa inlustri insignique lorica, non quae me tegetet, etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput et collum solere petere —, verum ut omnes boni animadverterent, et, cum in metu et periculo consulem viderent, id quod est factum, ad opem praesidiumque concurrerent. itaque cum te, Servi, remissione in petendo putarent, Catilinam et spe et cupiditate inflammatum viderent, omnes, qui illam a re publica pestem depellere cupie-

indicavit, in Cat. 3, 13 ut non jam ab aliis indicari sed indicare se ipsi viderentur; 27. *apertissimus*, mitsimplex verbunden de off. 3, 57. *cum* anstatt des handschriftlichen *si*, da eine solche hypothetische Wendung zur Drohung des Catilina schlecht passen würde. Dass er nicht Consul wurde, rechnete er sicherlich nicht der Volkspartei, die er vertrat, zur Schuld an. *neque — decrevit*. Es wurde beschlossen videant consules ne quid res publica detrimenti capiat, aber dieser Beschluss blieb in tabulis inclusum (in Cat. 1, 4), es war eben damit nur den von den Beamten zweckmässig befundenen Ausnahmsmassregeln im Voraus die Sanction erteilt. Sallust setzt jenen Beschluss später. *quia omnia timebant*. Die Hinzufügung von omnia verlangt der Gegensatz, pro Sest. 40 hominibus omnia timentibus; pro Cluent. 51 tum vero ita sum perturbatus ut omnia timeam. *oportuerat*, das Plusquamperfectum des Indicativ steht um das Deutsche 'ich hätte müssen' u. s. w. auszudrücken, wenn zu

ergänzen ist: aber es war (damals) zu spät, das Perf. bei der Ergänzung: aber jetzt ist es zu spät. *paucis diebus ante*, nach Sallust viel später. *min. ac denunt.*, § 49 ei vim denuntiabat, reipublica minabatur; de lege agr. 2, 13 ut oculis et ad aspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam et munitari reipublicae videretur.

XXVI, 52. *quod — sciebam*, ganz ähnlich Phil. 2, 112 cur homines omnium gentium maxime barbaros, Itryaeos, cum sagittis deducis in forum? *in campum* nach dem vorhergehenden in campum wie pro Sest. 62 templo a collega occupato venit in templum. *inlustri* anstatt des unverständlichen *lata*. Es ist ein mit insigni sinverwandtes Wort erforderlich, da der Zweck der lorica eben war, dass sie in die Augen fallen sollte; vergl. de nat. deor. 1, 12 quia virum quendam haberent insignem et inlustrem; de harusp. resp. 36 maxime inlustre atque insigne perjurium. *caput et collum*, bezieht sich auf die Thätigkeit des Catilina bei den Sullanischen Proscriptionen. *id quod est factum*,

53 bant, ad Murenam se statim contulerunt. magna est autem comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, praesertim cum incubuit ad virum bonum et multis aliis adiuventis petitionis ornatum; qui cum honestissimo patre atque maioribus, modestissima adulescentia, clarissima legatione, praetura probata in iure, grata in munere, ornata in provincia, petisset diligenter et ita petisset, ut neque minanti cederet neque cuiquam minaretur, huic mirandum est magno adiumento Catilinae subitam spem consulatus adipiscendi fuisse?

54 Nunc mihi tertius ille locus est reliquus orationis de ambitus criminibus, perpuratus ab eis, qui ante me dixerunt, a me, quoniam ita Murena voluit, retractandus: quo in loco C. Postumo, familiari meo, ornatissimo viro, de divisorum iudiciis et de deprehensio pecuniis, adulescenti ingenioso et bono, Ser. Sulpicio, de equitum centuriis, M. Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione, de senatus consulto, de re publica respondebo. sed pauca, quae meum animum repente moverunt, prius de L. Murenæ fortuna conquerar. nam cum saepe antea, iudices, et ex aliorum miseriis et ex meis curis laboribusque quotidianis fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti a studiis ambitionis otium ac tranquillitatem vitae secuti sunt, tum vero in his L. Murenæ tantis tamque improvisis periculis ita sum animo adfectus, ut non queam satis neque communem omnium nostrum condicionem neque

id quod 'wie es denn auch geschah', ebenso evenit, gern den Worten, woraufes sich bezieht, vorangestellt.

53. magna est, 'viel vermag', 'von grossem Einfluss ist'. autem, die Stellung wie bei enim, § 22. voluntatum, der Plural wie § 1. incubuit, pro Balbo 68 ut in me unum omnis illa inclinatio communium temporum inclinaret. adj. peti, 'Hilfsmitteln für die Bewerbung', anders § 63 adjumenta doctrinae. Im Folgenden wird das früher Auseinandergesetzte recapituliert. in jure, 'in der Rechtspflege'. minanti, dem mit der Anklage drohenden Sulpicius. Cat. — adipiscendi. Wie weit Cicero in der Anwendung eines solchen doppelten Genetiv geht, zeigt de fin. 3, 51 sed non alienum est quo facilius vis verbi intellegatur rationem hujus faciendi Zenonis exponere.

54. de crim., nähere Bestimmung zu locus orationis. de div. ind., über die Aussagen der angeblich von Murena gebrauchten Geldaussteiler. de — pecuniis, pro Plane. 55 illud crimen de nummis quos

in circo Flaminio deprehensos esse dixisti refrixit. Die Wiederholung der Präposition ist das Gewöhnliche, § 60 in periculo vero et in pernicie civium. de equ. cent., es sind die achtzehn Rittercenturien gemeint, welche in der ersten Klasse stimmten; um sie zu gewinnen, hatte L. Natta, der Stiefsohn des Murena, die Ritter zum Frühstück eingeladen. in — excellenti, pro Balbo 15 cum in omni genere ac varietate artium . . . Cn. Pompejus excellat; de off. 1, 18 omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus.

XXVII, 55. repente, eine ähnliche scheinbar plötzliche Erregung als rhetorischer Kunstgriff pro Sest. 144. pauca conquerar, Sall. Jug. 24, 9 illa quae antea in senatu questus sum. a studiis amb. So scheint auch in Verr. 2, 2, 32 studia cupiditatesque honorum atque ambitionis anstatt ambitiones geschrieben werden zu müssen. omnium nostrum, so immer

huius eventum fortunamque miserari: qui primum, dum ex honoribus continuis familiae maiorumque suorum unum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum, ne et ea, quae ei relicta, et haec, quae ab ipso parata sunt, amittat, deinde, propter studium novae laudis, etiam in veteris fortunae discrimen adducitur. quae cum sint gravia, iudices, tum illud acerbissimum est, quod 56 habet eos accusatores, non qui odio inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderint. nam ut omittam Servium Sulpicium, quem intellego non iniuria L. Murenæ, sed honoris contentione permotum, accusat paternus amicus, C. Postumus, vetus, ut ait ipse, vicinus ac necessarius, qui necessitudinis causas compluris protulit, simultatis nullam commemorare potuit; accusat Ser. Sulpicius, sodalis filius, cuius ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant; accusat M. Cato, qui cum a Murena nulla re umquam alienus fuit, tum ea condicione [nobis] erat in hac civitate natus, ut eius opes atque ingenium praesidio multis etiam alienis, exitio vix cuiquam inimico esse deberet. respondebo igitur Postumo primum, qui nescio quo pacto 57 mihi videtur praetorium candidatus in consularem quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere; cuius competitores si nihil deliquerunt, dignitati eorum concessit, cum petere destitit; sin autem eorum aliquis largitus est, expetendus amicus est qui alienam potius iniuriam quam suam persequatur.

bei Cicero. dum mit dem Perf. verbunden auch de fin. 2, 43; Phil. 3, 33, um neben der Gleichzeitigkeit die gleich lange Dauer auszudrücken, ebenso auch das Imperf. un. grad. adsc., das Consulat, nur eine Stufe höher als die Prätur, de off. 2, 62 ut altiozem gradum adscendant.

56. non qui — sed qui, dies bei Cicero die gewöhnliche Stellung ebenso non ut — sed ut in Consecutiv- und Absichtssätzen. odio inim. = odio ex inimicitias orto, pro Milone 78 odio inimicitiarum mearum inflammatus. permotum. Vielleicht ist nach diesem Worte ein accusare einzuschleichen. filius anstatt des handschriftlichen filii wird durch die folgenden Worte paterni omnes necessarii notwendig gemacht. debebant, sie hätten müssen und müssen noch. qui cum — tum. Cato war nie der Feind des Murena, wäre er es aber auch, so ist seine Bestimmung nur

zu helfen, nicht zu schädigen. Die handschriftliche Lesart quamquam — tamen ist mit diesem Gedanken nicht zu vereinigen. ea condicione — natus, pro Font. 45 quod ea condicione atque eo fato sein terris conlocatum esse arbitrat; pro Mil. 30 Miloni qui hoc fato natus est ut u. s. w. etiam alienis, § 8 und 45.

57. desultorius. Wie ein Reiterpferd nicht in der Rennbahn mit Viergespannen den Wettkampf beginnen darf, so gebührt es sich nicht, dass ein Bewerber um die Prätur gegen einen um das Consulat auftrete. expetendus u. s. w. Der Satz ist ironisch zu fassen und auf den Postumus zu beziehen. Man muss sich einen solchen Freund wünschen, der nicht das ihm angethane Unrecht (hier die Geldaussteilungen der Mitbewerber des Postumus) rächt, sondern das einem Andern zugefügte Unrecht (hier das dem Sulpicius durch die angeblichen Bestechungen des

DE POSTUMI CRIMINIBUS. DE SERVII ADULESCENTIS.

28
58 Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis; qui tamen ita gravis est accusator et vehemens, ut multo magis auctoritatem quam criminationem pertimescam; in quo ego accusatore, iudices, primum illud deprecor, ne quid L. Murenæ dignitas illius, ne quid expectatio tribunatus, ne quid totius vitæ splendor et gravitas noceat, denique ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, quæ ille adeptus est, ut multis prodesse possit. bis consul fuerat P. Africanus et duos terrores huius imperii, Karthaginem Numantiamque deleverat, cum accusavit L. Cottam. erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas, auctoritas tanta quanta in imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur: sæpe hoc maiores natu dicere audivi, hanc accusatoris eximiam vim plurimum L. Cottæ profuisse. noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quemquam cadere in iudicio, ut nimis adversarii viribus abiectus videretur. quid, Ser. Galbam — nam traditum memoriae est — nonne proavo tuo, fortissimo atque florentissimo viro, M. Catoni incumbenti ad eius perniciem populus Romanus eripuit? semper in hac civitate nimis magnis accusatorum opibus et populus universus et sapientes ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt. nolo accusator in iu-

Murena angethane). *De Post. crim. De Serv. ad.* Diese Auseinandersetzungen wurden nach dem Zeugnis des Plin. epp. 1, 20, 7 von Cicero selbst bei der Herausgabe der Rede weggelassen.

XXVIII, 58. *venio nunc*, pro Rosc. 79; in Verr. 2, 4, 60; 2, 4, 1; 2, 3, 66; 2, 2, 153. *firm. ac robur*, ebenso de imp. 10; parum firmamenti et parum virium, pro Cluent. 5. *ita* ist nicht mit gravis, sondern mit dem ganzen Satz zu verbinden, quamvis gravis sit accusator, multo magis tamen pertimesco auctoritatem. *deprecor* mit einer Handschrift anstatt deprecabor, das hier weniger passend ist. *exp. trib.* Cato war bereits zum Volkstribun für 62 erwählt. *ne quid*. Quisquam und ullus selten nach ne bei Cicero, doch siehe Tusc. 3, 84 ne unquam ulla possit existere. *duos terrores*, ebenso de rep. 1, 71 cum tu (Scipio) duobus huius urbis terroribus depulsis in omne tempus ei prospexeris; auch de imp. 60. *L.* (Aurelium) Cottam, Consul 144. Cotta, den Q. Cæcilius Macedonicus verthei-

digte, erlangte übrigens die Freisprechung nur durch Bestechung der Richter. *tenebatur* = sustinebatur, de nat. deor. 2, 31 homines bestiaeque calore tenentur; § 83. *dicere audivi*. Es ist nicht nöthig von der Uebersetzung 'ich habe Aeltere sagen hören', abzuweichen, da auch sonst so der inf. anstatt des part. bei videre und audire steht, § 49. *qui* — *iudicabant*, § 24, pro Font. 21 in rebus iudicandis; 25. *cadere in iudicio* = causa cadere, § 9. *abjectus*, in Cat. 2, 2 se percussus atque abjectum esse sentit; pro Mil. 56 exultantem evertit et percussit ab abjecto.

59. *Ser. Galbam*. Servius Sulpicius Galba hatte 151 als Prätor in Spanien 36,000 Lusitanier treulos niedermetzeln lassen. 149 klagte ihn deshalb der Volkstribun C. Scribonius Libo beim Volke an, doch wurde er, da er das Mitleid des Volkes zu erregen wusste, freigesprochen. Cato nahm seine gegen ihn gehaltene Rede in seine origines auf. *inc. — pern.* in Cat. 4, 4 quare incumbite ad salutem rei

dicium potentiam adferat, non vim maiorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam: valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum; in periculo vero et in perniciem civium repudientur. nam si quis hoc forte dicet, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa iudicasset, inquam legem, iudices, et miseram condicionem instituet periculis hominum, si existimabitur iudicium accusatoris in reum pro aliquo praeiudicio valere oportere. ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non possum: non nulla forsitan in re conformare et leviter emendare possim. 'non multa peccas', inquit ille fortissimo viro senior magister, 'sed si peccas, te regere possum.' at ego verissime dixerim peccare te nihil neque ulla in re esse huius modi, ut corrigendus potius quam leviter inflectendus esse videare; finxit enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnis denique virtutes magnum hominem et excelsum. accessit istuc doctrina non moderata nec mitis, sed, ut mihi videtur, paulo asperior et durior quam aut veritas aut natura patitur. et quoniam non est nobis haec oratio habenda aut apud imperitam multitudinem aut in aliquo conventu agrestium, audacius paulo de studiis humanitatis, quæ et mihi et vobis nota et iucunda sunt, disputabo. in M. Catone,

publicæ. *non*, die Negation von nolo ist hier durch non fortgesetzt, wie es sonst bei verbundenen Begriffen durch neque — neque gewöhnlich ist. *vim maiorem* wie vorher vim eximiam. *impotentium* = infirmorum, de fin. 1, 52 homini infanti aut impotenti, sonst in dieser Bedeutung bei Cicero nicht üblich.

60. *mis. cond.*, in Cat. 2, 140 condicionem miseram non modo administrandæ sed etiam conservandæ reipublicæ. *instituet*, § 47 duriorum fortunæ communi condicionem te auctore constituet; pro Balbo 25 hanc tu igitur ... condicionem statuis Gaditanis. *existimabitur* mit einer Handschrift statt existimabit, da es auf die Meinung eines Einzelnen in diesem Falle nicht ankam. *in reum*, sonst steht iudicium nur mit de.

XXIX. *non nulla — re*, 'in eniger Beziehung? fortissimo viro, dieser Dativ bei inquit ist ungewöhnlich. Uebrigens ist Achilles gemeint und unter dem senior magister Chiron oder Phoenix zu ver-

stehn. *leviter inflectendus*, de div. 1, 30 lituus id est incurvum et leviter a summo inflexum bacillum. *finxit*, de or. 2, 219 natura enim fingit homines. *ad*, 'in Bezug auf', § 66. *magnum — excelsum*, de off. 3, 24 excelsitas animi atque magnitudo und gleich darauf magni animi atque excelsi. *aut veritas — patitur*, vergleiche über dieselbe Sache de fin. 4, 85 sensus enim cuiusque et natura rerum atque ipsa veritas clamabat quodammodo non posse adduci ut inter eas res quas Zeno exaequaret, nihil interesset, ausserdem de off. 3, 22.

61. *apud imp. mult.*, pro Milone 90 neque id fieri a multitudine imperita; pro Ligar. 3; pro Sest. 140; anders urtheilt Cicero de fin. 4, 74 non ego tecum (Cato) jam ita iocabor ut iisdem de rebus cum L. Murenæ defenderem. Apud imperitos tum illa dicta sunt; aliquid etiam coronæ datum; nunc agendum est subtilius. *audacius paulo*, nachdrucksvolle Stellung, ebenso § 79 plus multo. *de studiis hum.*, pro Arch. 3 de studiis humanitatis

indices, haec bona quae videmus divina et egregia, ipsius scitote esse propria: quae non numquam requirimus, ea sunt omnia non a natura, verum a magistro. fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno, cuius inventorum aemuli Stoici nominantur: huius sententiae sunt et praecepta huius modi: sapientem gratia numquam moveri, numquam cuiusquam delicto ignoscere; neminem misericordem esse nisi stultum et levem; viri non esse neque exorari neque placari; solos sapientis esse, si distortissimi sint, formosos; si mendicissimi, divites; si servitutem serviant, reges; nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exsules, hostis, insanos denique [esse dicunt]; omnia peccata esse paria; omne delictum scelus esse nefarium nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit; sapientem nihil opinari, nullius rei paenitere, nulla in re falli, sententiam mutare numquam. haec homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus adripuit, neque disputandi causa, ut magna pars, sed ita vivendi. petunt aliquid publicani: cave quicquam habeat momenti gratia. supplices aliqui veniunt miseri et calamitosi: sceleratus et nefarius fueris, si quicquam misericordia adductus feceris. fatetur aliquis se peccasse et eius delicti veniam petit: nefarium est facinus ignoscere. at leve delictum est: omnia

ac litterarum; pro Lig. 12. *requirimus*, hier fast so viel wie reprehendimus, während pro Planc. 62 omnes enim istiusmodi artes in iis reprehenduntur grade vielmehr requiruntur erforderlich wäre. *inventorum*, von philosophischen Lehren auch de or. 2, 160 erat enim ab isto Aristotele a cuius inventis tibi ego videor non longe aberrare. *hujus* u. s. w. Im Folgenden werden namentlich vier Sätze der Stoiker verspottet, dass der Weise nicht mitleidig sein dürfe, dass alle menschliche Grösse und Vollkommenheit im Weisen vereinigt sei, dass alle Fehler gleich seien, dass der Weise allem Irrthum entrückt sei. *si serv. serviant*, 'wenn sie in strengster Knechtschaft leben', Plaut. mil. glor. 745 *Servientes servitutem ego servos instruxi mihi. nos — denique*, de or. 3, 65 omnes qui sapientes non sint servos latrones hostis insanos esse dicunt. *esse dicunt*. Diese Worte lassen sich mit den vorhergehenden hujus sententiae suut nicht vereinigen und sind des-

halb zu streichen. *qui — fuerit*. Die Stoiker lehrten noch mehr als die Pythagoreer Schonung gegen Thiere. *sapientem* anders auf opinari als auf paenitere bezogen.

XXX, 62. *adripuit*, de or. 3, 67 Arcesilas primum . . . ex variis Platonis libris sermonibusque Socraticis hoc maxime adripuit nihil esse quod aut sensibus aut animo percipi possit; de senect. 26 literas Graecas senex didici quas quidem sic avidè adripui u. s. w. *ut magna pars*, Sall. Jug. 15, 2 praeterea magna pars gratia depravata Adherbalis dicta contemnere, so major pars de off. 1, 147. *ita vivendi*, Tusc. 2, 11 qui disciplinam suam non ostentationem scientiae sed legem vitae putet. *pet. al. publ.*, paratactische Satzfügung, indem ein Cato dicet ausgelassen ist. Grosse Strenge des Cato gegen die Zollpächter wird namentlich aus dem Jahr 61 erwähnt. *suppl. — cal.* aliqui gehört zu miseri, supplicem venire wie supplicem se abji-

peccata sunt paria. dixisti quippiam: fixum et statutum est. non re ductus es, sed opinione: sapiens nihil opinatur. errasti aliqua in re: maledici putat. hac ex disciplina nobis illa sunt: 'dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum.' 'iratus dixisti.' 'numquam' inquit 'sapiens irascitur.' 'at temporis causa'. 'improbi' inquit 'hominis est mendacio fallere; mutare sententiam turpe est; exorari scelus, misereri flagitium.' nostri autem illi, — fateor⁶³ enim, Cato, me quoque in adulescentia diffusum ingenio meo quae-sisse adiumenta doctrinae — nostri, inquam, illi a Platone et Aristotele, moderati homines et temperati, aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam: viri boni esse misereri; distincta genera esse delictorum et disparis poenas; esse apud hominem constantem ignoscendi locum; ipsum sapientem saepe aliquid opinari quod nesciat; irasci non numquam; exorari eundem et placari; quod dixerit, interdum, si ita rectius sit, mutare; de sententia decedere aliquando; omnis virtutes mediocritate quadam esse moderatas. hos ad magistros si qua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset, non tu quidem vir melior esses nec fortior nec temperantior nec iustior — neque enim esse potes, — sed paulo ad lenitatem propensior: non accusares nullis adductus inimicitiiis, nulla lacesitus iniuria, puden-

cere. quippiam entspricht vollständig den vorhergehenden aliquid, aliqui, aliquis. Dass kein Unterschied der Bedeutung zwischen beiden Wörtern ist, zeigen Stellen, wie de fin. 5, 56 *inertissimos homines . . . videmus . . . aut quaerere quempiam ludum aut sermonem aliquem requirere*; de or. 2, 38 neque si de rusticis rebus agricola quispiam aut etiam id quod multi, medicus de morbis aut si de pingendo pictor aliquis diserte scripserit aut dixerit idcirco illius artis putanda est eloquentia. *fix. et stat.*, Tusc. 1, 88 hoc igitur probe stabilito et fixo illud excutiendum est. *mal. put.* Den Vorwurf geirrt zu haben, hält er für eine Beschimpfung. *dixi — delaturum*. Diese Aeusserung des Cato im Senat mochte im Zusammenhang stehn mit dem Schwur, den er in der Volksversammlung leistete, jeden Bewerber, der Geld vertheilen liesse, anklagen zu wollen. *cons. cand.*, so Ciceronianisch, nicht consularis candidatus. *exorari*, § 61; 63.

63. *fateor* statt des handschriftlichen *fatebor* ist hier ebenso nothwendig wie § 58 *deprecor. adj.*

doctr., ebenso de or. 3, 84; der Genetiv ist der erklärende, anders § 38 *adjumenta consularis. illi a Platone et Arist.*, pro Sest. 72 *ille Serranus ab aratro*; *divin.* in Caec. 48 *deinde ut opinor habet Alienum, hunc tamen ab subselliis*. Es sind die Akademiker und Peripatetiker gemeint. *mod. — temp.*, pro Font. 40 in omnibus vitae partibus moderatum ac temperantem; de or. 2, 92 *moderatione et temperatione sublata. quod nesciat* = quod non certosciat, da der Begriff des Wissens dem des Meinens gegenübertritt. *de sent. deced.*, pro Balbo 11 *qui de civitate decedere quam de sententia maluit. mediocr. — moder.*, 'seien durch die rechte Mitte bedingt', da nach aristotelischer Ansicht jede Tugend die Mitte zwischen zwei Lastern hält, de off. 2, 60 *tota igitur ratio largitionum . . . mediocritate moderanda est*.

XXXI, 64. *detulisset*, hierin liegt das Zufällige und Unabsichtliche ausgedrückt, wie de off. 1, 147 *major enim pars eo fere deferri solet quo a natura ipsa deducitur. nullis injuriis*, was in den Augen der Römer allein eine Anklage

tissimum hominem, summa dignitate atque honestate praeditum; putares, cum in eiusdem anni custodia te atque L. Murenam fortuna posuisset, aliquo te cum hoc rei publicae vinculo esse coniunctum; quod atrociter in senatu dixisti, aut non dixisses aut seposuisses aut mitiorem in partem interpretarere. ac te ipsum, quantum ego opinione auguror, nunc et animi quodam impetu concitatum et vi naturae atque ingenii elatum et recentibus praeceptorum studiis flagrantem iam usus flectet, dies leniet, aetas mitigabit. etenim isti ipsi mihi videntur vestri praeceptores et virtutis magistri finis officiorum paulo longius quam natura vellet protulisse, ut, cum ad ultimum animo contendissemus, ibi tamen, ubi oporteret, consisteremus. 'nihil ignoveris'. immo aliquid, non omnia. 'nihil gratiae causa feceris'. immo resistito gratiae, cum officium et fides postulabit. 'misericordia commotus ne sis.' etiam, dissolvenda severitate, sed tamen est laus aliqua humanitatis. 'in sententia permaneto.' vero, nisi sententiam sententia alia vicerit melior. huiusce modi Scipio ille fuit, quem non paenitebat facere idem, quod tu: habere eruditissimum hominem Panaetium domi; cuius oratione et praeceptis, quamquam erant eadem ista, quae te delectant, tamen asperior non est factus, sed, ut accepi a senibus, lenissimus. quis

rechtfertigte, vergl. § 56. *fortuna*, pro Sest. 5 et quoniam in gravissimis temporibus civitatis . . . P. Sestio tribunatus est a fortuna ipsa collocatus. *quod — dixisti*, § 62 dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum. *aut non dixisses*, pro Mil. 14 negat is, gratis civibus fecisse se quae fecisset; pro Sest. 73 ita . . . scripsisse quae scripsisset. *aut seposuisses*, 'oder der öffentlichen Beurteilung entzogen haben'.

65. *opin. aug.*, de or. 1, 95 quantum auguror conjectura. *animi — imp.*, de off. 1, 49 repentino quodam quasi vento impetu animi incitatus. *studiis flagrantem*, de sen. 50 his studiis flagrantis senes; vergl. auch Tac. ann. 13, 7 quorum recens flagrabat invidia. *usus — mitigabit*, pro Cael. 77 iam aetas omnia jam usus jam dies mitigavit; epp. ad fam. 6, 13, 2 nam et res eum quotidie et dies et opinio hominum et ut mihi videtur etiam sua natura mitiorem facit. *protulisse*. Proferre bei fines gewöhnlich, so namentlich fines imperii proferre. *ad ultim.*, de nat. deor. 2, 35 ut enim in vite ut in pecude

nisi quae vis obstitit videmus naturam suo quodam itinere ad ultimum pervenire. Die Stoiker verlan gen nach Cicero mehr als nöthig, damit das Nöthige geleistet werde. *etiam*, 'ja', de nat. deor. 1, 70 in omnibus disjunctionibus in quibus aut etiam aut non ponetur. *dissolv. sever.*, 'wenn dadurch die Strenge aufgehoben wird', vergl. § 17 Curiis — commemorandis. Dem severus steht der dissolutus gegenüber, so in Verr. 2, 4, 133 den iudiciis severis die dissolutio iudiciorum; Tusc. 4, 35 nam cum dissolutus filius 'heu me miserum' tum severus pater, dum modo doleat aliquid, doleat quid lubet'. *in sent. perm.*, in Cat. 2, 11 si et in urbe et in eadem mente permanet. *sent. — al.* Diese Worte würden besser wegbleiben.

66. *Panaetius*, Stoiker, dessen Milde und Umgänglichkeit gerühmt wird. *lenissimus*. Die Meinung des Cicero ist, dass eben durch jene milde Lebensauffassung des Panaetius die dem Scipio eigene Herbigkeit des Charakters gemildert sei, so dass die Einschlebung von fuit vor ut nicht

vero C. Laelio comior? quis iucundior eodem ex studio isto, quis illo gravior, sapientior? possum de L. Philo, de C. Gallo dicere haec eadem, sed te domum iam deducam tuam: quemquamne existimas Catone proavo tuo commodiorem, communiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis? de cuius praestanti virtute cum vere graviterque diceres, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum: est illud quidem exemplum tibi propositum domi, sed tamen naturae similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, quam ad unum quemque nostrum pervenire potuit, ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est quam tibi. sed si illius comitatem et facilitatem tuae gravitati severitati-que asperseris, non ista quidem erunt meliora, quae nunc sunt optima, sed certe condita iucundius. quare ut ad id, quod institui, revertar, tolle mihi e causa nomen Catonis; remove ac praetermitte auctoritatem, quae in iudiciis aut nihil valere aut ad salutem debet valere; congrede mecum criminibus ipsis. quid accusas, Cato? quid adfers ad iudicium? quid arguis? ambitum accusas: non defendo. me reprehendis, quod idem defendam, quod lege punierim: punivi ambitum, non innocentiam; ambitum vero ipsum vel tecum accusabo, si voles. dixisti senatus consultum me referente esse factum: si mercede [conducti] obviam candidatis issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus [volgo] locus tributim et item prandia si volgo essent data, contra legem Calpurniam factum videri.

nöthig erscheint. *C. Laelius*, Consul 140, von Cicero gewöhnlich mit dem Beinamen des Weisen bezeichnet, ist bekannt als vertrauter Freund des Scipio. Mit Beiden zusammen werden öfter die gleich folgenden L. Furius Philus (Consul 136) und C. Sulpicius Gallus (Consul 166), der als Legat des L. Aemilius Paullus im Kriege gegen Perseus eine Mondfinsterniss voraussagte, als Kenner griechischer Bildung und Beredtsamkeit genaunt. *eodem ex studio isto*. Diese Worte scheinen hinter C. Laelio gesetzt werden zu müssen, weil der Sinn ist, dass C. Laelius, trotzdem er Stoiker war, jene Leutseligkeit des Charakters besass, nicht, dass Niemand aus der stoischen Schule ihn durch diese Eigenschaft übertroffen habe; vgl. § 66 fuit eodem ex studio vir eruditus. *ad*, § 60; 73. *sed tamen — ad imitandum vero*, 'wenn auch, so doch', de or. 2, 84 attamen ars ipsa ludicra armorum et gladia-

tori et militi prodest aliquid, sed animus acer et praesens — invictos viros efficit. *asperseris* ist wie condita von der Kochkunst entlehnt, de sen. 10.

XXXII, 67. *ad jud.*, § 59 steht in. *sen. cons.*, das der lex Tullia de ambitu vorherging. *mercede*, wie § 70 doce mercede; § 73 non, sed mercede. *conducti*, ebenso § 73 nachdem mercede vorhergegangen. *tributum*, wie § 72 at spectacula sunt tributim data, während bei prandia dort wie hier volgo steht; § 73 wird für Beides volgo gebraucht, da so der Gegensatz zu dem, was von Natta und der Vestalin wirklich gethan ist, besser hervortritt. Dass verboten war, die spectacula tributim zu ertheilen, ist natürlich, da es den Bewerbern eben darauf ankam, die tribus als solche zu gewinnen. *et item*. Ter. Andr. 1, 1, 49 Sed postquam amans accessit pretium pollicens Unus et item alter. *videri*, so öfter bei Senatsbeschlüs-

ergo ita senatus si iudicat, contra legem facta haec videri, si facta sint, decernit quod nihil opus est, dum candidatis morem gerit; nam factum sit necne vehementer quaeritur; si factum est, quin
 68 contra legem sit, dubitare nemo potest. est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum; quod nemini dubium potest esse, id indicare. atque id decernitur omnibus postulantis candidatis; ut ex senatus consulto neque cuius intersit neque contra quem sit intellegi possit. qua re doce a L. Murena illa esse com-
 33 missa: tum egomet tibi contra legem commissa esse concedam. 'multi obviam prodierunt de provincia decedenti' [consulatum petenti]. [solet fieri:] eccui autem non proditur [revertenti]? 'quae fuit ista multitudo?' primum, si tibi istam rationem non possim reddere, quid habet admirationis tali viro adveniendi, candidato consulari, obviam prodisse multos? quod nisi esset factum, magis mirandum
 69 videretur. quid, si etiam illud addam, quod a consuetudine non abhorret, rogatos esse multos, num aut criminis est aut mirandum, qua in civitate rogati infimorum hominum filios prope de nocte ex ultima saepe urbe deductum venire soleamus, in ea non esse gravatos homines prodire hora tertia in campum Martium,

sen, Sall. Cat. 48, 6; Cic. Acad. 2, 146. ergo; u. s. w. Der Senat stellte also nur einen allgemeinen Grundsatz auf, wie öfter, die Untersuchung über die Thatsache war nicht seines Amts. Da durch seinen Beschluss eigentlich nur der Inhalt des Calpurnischen Gesetzes reproducirt wurde, kann Cicero seinem Zweck gemäss ihn lächerlich machen; dass für die Richter immerhin dadurch die moralische Autorität des ersten Standes in die Wagschale geworfen wurde, verschweigt er. *contra legem sit*. Der Concinnität wegen ist vielleicht *contra legem factum* sitzuschreiben, wie nachher quare doce a L. Murena illa esse commissa: tum egomet tibi contra legem commissa esse concedam.

68. *ridiculum*, natürlich vom Senat. *id iudicare*, 'darüber ein Urtheil zu fällen', hier im Gegensatz zu incertum ein bestimmtes. *omnibus — cand.*, also den Murena selbst nicht ausgenommen.

XXXIII. *consul. pet.* Diese Worte sind hier, wo die Anklage ausgesprochen wird, störend, nachher wird eben, um dieselbe

zurückzuweisen, hinzugesetzt candidato consulari. *solet fieri* lässt sich mit autem nach eccui nicht vereinigen, enthält auch ganz dasselbe, wie das Folgende. *proditur*, anstatt des vorhergehenden *obviam prodierunt*, wie § 69 non esse gravatos homines prodire.

69. *quod — abhorret*. Diese Worte gehören nicht zu illud, das, wie oft, nur den acc. c. inf. einführt, sondern zu diesem selbst; die Stellung ist dieselbe wie § 52 bei id quod est factum, § 79 id quod ego multis repugnantibus egi atque perfecti und ähnlichen Wendungen, so Sall. Jug. 47, 2 ratus id quod res monebat, frequentiam negotiatorum et commatu juvaturam exercitum et jam paratis rebus munimento fore; 56, 1 ratus id quod negotium poscebat Jugurtham laborantibus suis auxilio venturum. *filios*, welche nach Anlegung der toga praetexta ihren ersten Gang auf's Forum machten. *de nocte*, genau die Zeit zwischen Mitternacht und dem ersten Hahnenschrei, § 22. *campum Martium*, wo die aus der Provinz Zurückkehrenden begrüsst

praesertim talis viri nomine rogatos? quid, si omnes societates venerunt, quarum ex numero multi sedent iudices? quid, si multi homines nostri ordinis honestissimi? quid, si illa officiosissima, quae neminem patitur non honeste in urbem introire, tota natio candidatorum? si denique ipse accusator noster Postumus obviam cum bene magna caterva sua venit, quid habet ista multitudo admirationis? omitto clientis, vicinis, tribulis, exercitum totum Luculli, qui ad triumphum per eos dies venerat: hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam non modo dignitati ullius unquam, sed ne voluntati quidem defuisse. 'at sectabantur multi.' doce
 70 mercede: concedam esse crimen: hoc quidem remoto, quid reprehendis? 'quid opus est?' inquit 'sectatoribus?' a me tu id quaeris, 34 quid opus sit eo, quo semper usi sumus? homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi beneficii locum hanc in nostris petitionibus operam atque adsectionem; neque enim fieri potest neque postulandum est a nobis aut ab equitibus Romanis, ut suos necessarios [candidatos] adsectentur totos dies: a quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter observari videmur et coli: tenuiorum et non occupatorum amicorum est ista adsiduitas, quorum copia bonis viris et beneficiis deesse non solet. noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructum
 71 officii, Cato: sine eos, qui omnia a nobis sperant, habere ipsos quoque aliquid quod nobis tribuere possint. si nihil erit praeter ipsorum suffragium, tenue est, si ut suffragentur nihil valent gratia; ipsi denique, ut solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suam possunt: atque haec a nobis petunt omnia, neque ulla re alia, quae a nobis consequuntur, nisi *haec* opera sua

wurden. *societates*, die Pachtgesellschaften der römischen Ritter, welche sich Murena durch seine Provinzialverwaltung verpflichtet hatte. *multi sedent iudices*, nach der lex Aurelia. *natio*, 'Classe', pro Sest. 96; in Pis. 55. *bene magna*, Tusc. 2, 44 bene plane magnus. *venerat*, vorher § 37 convenerat. *gratuitam*, also nicht mercede. *dignitati*, so dass auch ohne ausgesprochenen Wunsch das Ansehen des Zurückkehrenden von selbst jene Menge herbeizog.

70. *remoto* = detracto, omisso. XXXIV. *tenues*, ebenso tenuiores gleich nachher und § 71. *ref. benef.*, sonst in diesem Sinne gewöhnlich nur gratiam referre. *candidatos* erscheint unnöthig nach dem vorhergehenden in petitioni-

bus, ausserdem möchte eine solche Verbindung suos nec. cand. kaum nachzuweisen sein. *totos dies*, ebenso § 78; totas tabernas § 73. *basilicae*, Säulenhallen am Forum, die als Gerichtsgebäude und Börsen dienten; die älteste war von Cato 184 erbaut. *non occup.* = otiosorum.

71. *fructum*, 'Genuss'. *si — gratia*. Die Stimme des Einzelnen bedeutet nicht viel, wenn er keinen Einfluss hat um die Stimmen Anderer zu gewinnen (ut suffragentur = ad suffragandum). *ipsi denique*, ipsi im Gegensatz zu nobis, ähnlich vorher ipsos quoque; denique zusammenfassend wie öfter im zweiten Gliede. *atque* scheint in atqui verändert werden zu müssen, da der Zusammenhang ein 'nun

compensari putant posse; itaque et legi Fabiae, [quae est de numero sectatorum,] et senatus consulto, quod est L. Caesare consule factum, resisterunt; nulla est enim poena quae possit observantiam
 72 tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. 'at spectacula sunt tributim data et ad prandium volgo vocati.' etsi hoc factum a Murena omnino, iudices, non est, ab eius amicis autem more et modo factum est, tamen admonitus re ipsa recordeo quantum hae conquestiones in senatu habitae punctorum nobis, Servi, detraxerint. quod enim tempus fuit aut nostra aut patrum nostrorum memoria quo haec, sive ambitio est sive liberalitas, non fuerit, ut locus et in circo et in foro daretur amicis et tribulibus? haec homines tenuiores *praemia donaque* a suis tribulibus vetere instituto adsequerentur * * * praefectum fabrum semel locum tribulibus suis
 35 73 dedisse: quid statuent in viros primarios, qui in circo totas tabernas tribulium causa compararunt? haec omnia sectatorum, spectaculorum, prandiorum [item] crimina a multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, coniecta sunt; in quibus tamen Murena [a] senatus auctoritate defenditur. quid enim? senatus num obviam prodire crimen putat? 'non, sed mercede;' convince. num sectari multos? 'non, sed conductos;' doce. num locum ad spectandum dare aut ad prandium invitare? 'minime, sed volgo.' quid est 'volgo?' 'universos.' non igitur, si L. Natta, summo loco adulescens, qui et quo animo iam sit et qualis vir futurus sit videmus, in

aber doch' erfordert. *compensari*, mit cum verbunden in Pis. 75 nonne compensabit cum uno versiculo tot mea volumina laudum suarum. *legi Fabiae* aus ungewisser Zeit, wohl nach der lex Calpurnia; die Worte *quae est de num. sect.* sind wohl ein unächter Zusatz, wie pro Planc. 36 die Worte nach legis Liciniae quae est de sodaliciis. *L. Caesare*, im Jahre 64. Es ist nur der Consul genannt, der den Beschluss veranlasste. Auf die Beteiligung des Cicero an diesen Verhandlungen, die durch die Umtriebe des Antonius und Catilina hervorgerufen wurden, beziehen sich die Worte § 72 tamen admonitus u. s. w. *resisterunt* = neglexerunt, 'handelten dawider'. *quae possit* — *excludere* = quae tenuiores prohibere possit nos observare vetere instituto officiorum.

72. *more et modo*, pro Scauro 37 nihil more, nihil modo. *re ipsa*, § 75 quae res ipsa . . . comprobatur. *punctorum* = snffragiorum. *am-*

bitio im Gegensatz zu liberalitas, wie sonst largitio, z. B. § 77. *in foro*, zu den Gladiatorenspielen.

XXXV, 73. *quid statuent* u. s. w. Dieser Satz stand mit dem vorhergehenden lückenhaft überliefert, wohl durch das argumentum ex contrariis in Verbindung, so dass vor praefectum vielleicht, arguunt ausgefallen ist. *tabernast* Gerüste, zum Zweck der Spiele errichtet. *a mult.* — *conj. sunt*, 'die Menge hat diese Beschuldigungen von deiner allzugrossen Sorgfalt hergeleitet', wie culpam conjicere in aliquem; was an diesem Ausdruck fehlerhaft sein soll, ist mir unerfindlich. *sen. auct.*, bezeichnet hier allgemein jenes oben erwähnte senatus consultum als eine vom Senat ausgesprochene Ansicht. *quid enim?*, begründet die vorhergehende allgemeine Behauptung durch die Widerlegung einzelner Fälle. *L. Natta*, aus der gens Pinaria, Bruder der Frau des

equitum centuriis voluit esse et ad hoc officium necessitudinis et ad reliquum tempus gratiosus, id erit eius vitrico fraudi aut crimini, nec, si virgo Vestalis, huius propinqua et necessaria, locum suum gladiatorium concessit huic, non et illa pie fecit et hic a culpa est remotus. omnia haec sunt officia necessariorum, comoda tenuiorum, munia candidatorum.

At enim agit mecum austere et Stoice Cato: negat verum esse 74 adlici benevolentiam cibo; negat iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere. ergo ad cenam petitionis causa si quis vocat, condemnetur. 'quippe' inquit 'tu mihi summum imperium, tu summam auctoritatem, tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus et deleniendis animis et adhibendis voluptatibus? utrum lenocinium?' inquit 'a grege delicatae inventus an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas?' horribilis oratio: sed eam usus, vita, mores, civitas ipsa respuit. neque tamen Lacedaemonii, auctores istius vitae atque orationis, qui cotidianis epulis in robore accumbunt, neque vero Cretes, quorum nemo gustavit umquam cubans, melius quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispartiant, res publicas suas retinuerunt; quorum alteri uno adventu nostri exercitus delati sunt, alteri nostri imperii praesidio disciplinam suam legesque conservant. quare noli, Cato, maiorum instituta, quae
 36 75 res ipsa, quae diuturnitas imperii comprobatur, nimium severa oratione reprehendere. fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres

P. Clodius. *ad—necessit.*, im Gegensatz zu ad reliquum tempus, um für die Gegenwart die von der Verwandtschaft auferlegte Pflicht zu erfüllen, nämlich dem Murena zum Consulat zu verhelfen. *virgo Vestalis*, so gewöhnlich bei Cicero, nicht Vestalis allein. *loc. suum gladi.*, wie consessus gladiatorius pro Sest. 124, wenn nicht gladiatoribus zu schreiben ist.

74. *at enim*, 'aber freilich', anders als § 73, wo es den Einwurf selbst einführt. *verum* = aequum. *adlici*, in Verr. 2, 5, 182 nullis nostris officiis benevolentiam illorum adlicere possumus; ähnlich auch de off. 2, 48 quibus praecipiant ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam adliciant. *quippe*, 'natürlich', de fin. 4, 7 ista ipsa . . . a te quidem apte et rotunde; quippe, habes enim a rhetoribus. *tu* muss der Concinnität wegen vor summam eingeschoben werden. *gubernacula*, im über-

tragenen Sinn immer im Plural. *lenocinium*, 'Kupplergeschäft'. *neque tamen*. Tamen könnte nur vertheidigt werden, wenn es als einen Gegensatz zu qui accumbunt bezeichnend gefasst würde. Da aber der ganze Satz offenbar die vorhergehende Behauptung begründet, so ist zu schreiben neque enim. *cotid. epulis*, bei den Phiditien. *quorum* — *cubans*, sie standen nämlich bei ihren Mahlzeiten. *alteri*, die Creter, von dem Proconsul Q. Metellus Creticus 68—66 unterworfen. *uno adventu*, de imp. 21 urbis Ponti et Cappadociae permultas uno aditu adventuque esse captas.

XXXVI, 75. *fuit* u. s. w. Von den Söhnen des L. Aemilius Paulus war der älteste von Q. Fabius Maximus adoptirt. Sein Sohn Q. Fabius Maximus, der hier gemeint ist, Consul 121 mit Opimius, erwarb sich durch Besiegung der Allobroger den Beinamen Allobro-

nostros et honestus homo et nobilis, Q. Tubero. is, cum epulum Q. Maximus P. Africani patris sui nomine populo Romano daret, rogatus est a Maximo, ut triclinium sterneret, cum esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. atque ille, homo eruditissimus ac Stoicus, stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos et exposuit vasa Samia, quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus et non divini hominis Africani mors honestaretur; quem cum supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit dis immortalibus, quod ille vir in hac re publica potissimum natus esset; necesse enim fuisse ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. huius in morte celebranda graviter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam Tuberonis; itaque homo integerrimus, civis optimus, cum esset L. Pauli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius, his haedinis pelliculis praetura deiectus est. odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit; non amat profusas epulas, sordis et inhumanitatem multo minus; distinguit rationem officiorum ac temporum, vicissitudinem laboris ac voluptatis. nam quod ais nulla re adlici hominum mentis oportere ad magistratum mandandum nisi dignitate, hoc tu ipse, in quo summa est dignitas, non servas: cur enim quemquam, ut studeat tibi, ut de adjuvet, rogas? rogas tu me, ut mihi praesis, ut committam ego me tibi? quid tandem ais? num me rogari oportet abs te an te potius a me, ut pro mea salute laborem periculumque suscipias? quid? quod habes nomenclato-

gicus. Der andere Sohn des Paulus, also der Vaterbruder des Allobrogicus, war P. Cornelius Scipio Africanus, der Zerstörer von Carthago und Numantia, von P. Cornelius Scipio, dem Sohn des älteren Africanus, adoptirt. Von einer zweiten Frau hatte Aemilius Paulus zwei Töchter, von denen die eine an Q. Aelius Tubero verheirathet war. Der Sohn derselben, der hier genannte Q. Tubero, ein Schüler des Stoikers Panätius, war also der Schwestersonn des jüngeren Africanus. *epulum*, officielltes Mahl, verschieden von *epulae*. *atque ille* u. s. w. Tubero fehlte auf dreifache Weise. Erstens liess er die Ruhebänke mit Bocksfellen anstatt mit Teppichen bepolstern; dann gebrauchte er punische oder hölzerne Bänke statt silberner oder elfenbeinerner, endlich samische oder irdene Gefässe statt delischer oder corinthischer. *quasi vero*, ironisch, de or. 2, 97; Sall. Cat. 52, 15, ebenso proinde quasi. *supremo ejus die*. Nicht

nur der Todestag, sondern auch der Tag des Begräbnisses wird von den Römern als der letzte bezeichnet, pro Milone, 86 spoliatus illius supremi diei celebritate cui cedere etiam inimici solent. *pervers. sap.*, ähnlich de or. 2, 33 oscitans sapientia; Hor. serm. 2, 2, 3 abnormis sapiens.

76, *odit* u. s. w., pro Flacco 28. *distinguit — temporum*, es unterscheidet das Verhältniss der Pflichten und Zeiten, d. h. erkennt an, dass Alles seine Zeit hat und andere Zeiten andere Pflichten verlangen; *distinguit* ist demnach sowohl mit rationem wie mit vicissitudinem in der Art verbunden, dass die Objecte den Accusativ des Inhalts bezeichnen. *adlici — mentis*, de or. 1, 30 posse dicendo tenere hominum coetus, mentis adlicere. *quid — ais?* dient zur Bezeichnung der Verwunderung, auch quid ais? allein, ebenso itane vero?

77. *nomenclatorem*. Den Bewerber begleitete ein Sklave, um ihm

rem? in eo quidem fallis et decipis: nam si nomine appellari abs te civis tuos honestum est, turpe est eos notiores esse servo tuo quam tibi; sin, etiam si noris, tamen per monitorem appellandi sunt, cur appellas priusquam insurravit? quid? quod cum admoneris, tamen, quasi tute noris, ita salutas? *quid?* quod, posteaquam es designatus, multo salutas neglegentius? haec omnia ad rationem civitatis si dirigas, recta sunt; sin perpendere ad disciplinae praecepta velis, reperiantur pravissima. quare nec plebi Romanae eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conviviorum, quae omnia maiores nostra comprobaverunt, nec candidatis ista benignitas adimenda est, quae liberalitatem magis significat quam largitionem.

At enim te ad accusandum res publica adduxit. credo, Cato, te isto animo atque ea opinione venisse; sed tu imprudentia laberis. ego quod facio, iudices, cum amicitiae dignitatisque L. Murenae gratia facio, tum me pacis, otii, concordiae, libertatis, salutis, vitae denique omnium nostrum causa facere clamo atque testor. audite, audite consulem, iudices, nihil dicam adrogantius, tantum dicam, totos dies atque noctis de re publica cogitantem! non usque eo L. Catilina rem publicam despexit atque contempsit, ut ea copia, quam secum eduxit, se hanc civitatem oppressurum arbitraretur: latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat; ad pluris pertinet: intus, intus, inquam, est equus Troianus; a quo nunquam me consule dormientes opprimemini. quaeris a me, ecquid ego Catilinam metuam: nihil, et curavi, ne quis metueret, sed copias

die Namen der ihm begegnenden Bürger zuzufüstern. Uebrigens soll Cato nach Plutarch keinen Nomenclator geduldet haben. *nam* u. s. w. Wenn es eine Ehrensache für dich ist, selbst die Bürger bei Namen zu nennen, so ist es schimpflich, dazu einen Sklaven zu gebrauchen; wenn der Gebrauch des Sklaven bei diesem Geschäft als anständig gilt, warum fragst du ihn nicht jedesmal, auch bei Bekannten (denn diese nennst du, bevor er dir den Namen zugeflüsterhat), oder warum giebst du dir die Miene Unbekannte, wenn sie dir von ihm genannt sind, zu kennen und begrüssst sie als Bekannte? *nomine appellari*, so immer bei Cicero. *perpendere* § 3. *ad disc. praec.*, nach den Lehrsätzen der Stoischen Philosophie. *comprobaverunt*, anstatt comparaverunt, das nicht zu ludorum und conviviorum passt, vergl. § 75 majorum instituta quae res ipsa quae

dintarnitas imperii comprobant.

